

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Analysis terminorum, vocabulorum, regularum et
axiomatum theologicorum praecipuorum, quae passim vel
in scriptura sacra vel in patrum ac orthodoxorum
theologorum scriptis occurunt**

**Hafenreffer, Matthias
Pfeil, Johann Conrad**

Tubingae, 1609

[urn:nbn:de:bsz:31-128708](#)



60A 2690 R

Suum
M. Caroli.

Analyſis

3

TERMINORVM, VOCABVLORVM, REGVL A-
rum, & Axiomatum Theologicorum præcipuorum, quæ passim vel
in Scriptura sacra; vel in Patrum ac Orthodoxorum
Theologorum scriptis occurruunt.

CUIUS PRIMUM ARTICULUM

De

Sacra Scriptura,


Authoritate, Consilio, & Consensu lauda-
tissima Facultatis Theologicae, Academiae
Tubingenensis:

S U B P RÆS I D I O

M A G N I F I C I D. P. T. R E-
CTORIS, MATTHIÆ HAFENREFFE-
RI, DOCTORIS ET PROFESSORIS THEOLOGI
celeberrimi: Præceptoris & Patroni sui co-
lendissimi:

Publicè discutiendum proponit 6. & 7. Martij
horis locoq; solitis

M. JOAN. CONRADUS PFEYL,
WINENDENSIS.



T U B I N G Æ,
T Y P I S C E L L I A N I S.

Anno, 1609.

*AMPLISSIMO, PRUDENTISSIMO,
et Humanissimo Viro,*

Dn. MARCO VVALTHE-
RO ARCHIGRAMMATEO WINENDENSI-
UM SOLERTISSIMO: DOMINO PATRONO:
& Fautoris suo honorando:

N E C N O N

*ANTILOVI GENERIS SPLE-
dore: verae religionis sinceritate: eruditionis
& virtutum praestantia lauda-
tissimo viro:*

D. IOACHIMO SCHAVP-
RIO BIBERACENSI. J. U. CANDIDATO:
FAUTORI ET AMICO SUO CER-
tissimo:

Hanc de S. S. avalvov.

In debitæ observantiaæ gratitudinis: & benevolen-
tiæ testimonium submissè offert &
dedicat:

*M. Joan. Conrad. Pfeyl Winen-
densis Ecclesie Cantstadiensis:
Diaconus.*

ZV

TISS
THE
ENDENS
TRONO
PLEN
ditionu
la-
HAVP.
IDATO:
nevolen-
ad. P. Mey Vian-
ia Confidens:
Diacum.

Pio & Candido Lectori
Salutem.

EN, amice Lector, primum Articu-
lum de Sacra Scriptura, mea ávalo-
res tibi exhibeo: quem ut & ceteros,
ex sincerissimorum Theologorum
scriptis collegi: præsertim verò ex prælectionibus,
& Disputationibus Reverendissimorum meo-
rum Dominorum Præceptorum Tubingensium:
quorum fideli opera Christi Salvatoris nostri
Ecclesia propagatur, & ab Adversariorum er-
roribus, ac technis studiosè defendit. Quod si
verò sensero, hunc meum laborem tibi non ingra-
tum esse, & aliquam utilitatem inde percipi posse:
curabo, ut & reliqui Articuli, hac methodo iam
nunc resoluti, suo tempore typis excusi prostent.
Vale & hoc studio fruere.

Respondens.

A 2

ARTI



ARTICVLVS PRIMVS.

D E

Scriptura Sacra.

Ajia γραφή.



Ppellatur Scriptura à scribendo: quia videlicet Scriptura est opus scribentis, sive id quod scribitur: quod vocabulum sibi illi volumini, quod Biblia dicitur, propter excellentiam seu ueritatem tribuitur. Et si enim multa extant scripta, multi libri & scripture Philosophorum gentilium, Historiorum; nulla tamen exhibet hanc habet dignitatem, ut præ reliquis principaliter Scriptura dicatur, præter hunc solum Codicem, quem Ecclesia sic appellavit. Dicitur Sacra: primò à causa efficiente, quia à Spiritu sancto, per os Prophetarum & Apostolorum loquente est profecta. 2. Sam. 23. 2. 2. Pet. 1. vers. 21. Secundo à subiecto divino; quia scilicet res veræ divinas & sacras tractat; tertio à fine & effectu, quem sane divinum producit in hominibus, quos sanctificat. Ioh. 17. v. 17. Sanctifica eos in veritate tua, verbum tuum est veritas. Et sumitur trifarsam. 1. Namq[ue], appellatione Scriptura intelliguntur litteræ, syllabæ, apices, & dictiones, que scribuntur, tanquam signa, sive symbola sententiæ & rerum, qua ratione Ecclesia est prior, quam ipsa Scriptura: cum libri Mosis, primi & antiquissimi Scriptoris multis annis post demum scripti sint. 2. Et quidem in primis denotatur id, quod literis & apicibus illis signatur & comprehenditur, id est: *Sensus & sententia, ipsum scilicet verbum Dei ἐγράψακεν.* quod Deus ipse eloquitur, manifestat, & enunciat Hominibus: hinc formulæ ille loquendi in scriptura uisitatisimæ: Dixit Deus: Loquutus est Dominus: Factum est verbum Jehovæ: Os Domini loquutum est, &c. Quod verbum ἐγράφεται dividitur, in verbum prædicatum, & verbum scriptum: Inter quæ tamen (si eorum

De Sacra Scriptura.

3

(Si eorum & cetera, mens, sententia, res & sensus spectetur) nullum ponitur discrimen reale, sed sunt verē tuū, unum & idem realiter, nempe verbum Dei. Non enim alia scripsérunt Prophetæ, quām, que erant vaticinati, nec Apostoli alia, quam, que viua voce & linguis sonauerant, literis demandarunt, cui accidit, ut prædicetur & scribatur. Quæquidem accidentia diversa sunt, seu modi diversi, quia aliud est prædicare, & aliud scribere: illud oris, hoc manus officium. Et tamen utrumq; adhibetur ad animi concepius exprimendo. Unde res ipsa (sive ore enunciata, cantata, aut alio quocong; modo tractata, sive calamo scripta) per se una est. E. G. Creatio huius mundi est ex nihilo facta, que proponitur nobis cognoscenda & credenda. Sive ergo iam viua voce dicas: hic mundus est factus ex nihilo, sive scripto mandes, sive à scripto legas: eadem res, sententia & mens semper, & perpetuo cognoscenda & credenda manet. Ideò in sacra Scriptura, illa tanquam irodwauuū usurpantur: Matth. 1. vers. 22. dictum est. Matth. 4. v. 4. 7. & 10. scriptum est. Sicut dicit Scriptura Ioh. 7. v. 38. Rom. 10. v. 8. Rom. 4. v. 3. Et 1. Ioh. 1. v. 4. Hæc scribimus vobis, ut gaudium vestrum sit plenum. Differunt autem verbūs predicatum & scriptum sua quādam ratione. Nam Prophetæ & Apostoli suas conciones pluribus verbis Auditoribus propounderunt, quarum tantum præcipuas partes, Summaria & Argumenta postea scriptis comprehendenderunt, nihil interim omittentes eorum, quæ ad cognoscendā voluntatis Dei & salutis nostræ & eterne perfectionem facere videbantur: ut Act. 2. 40. Lucas abrumpens Petri concionem ad Iudeos in die Pentecostes habitam testatur, quod plurimis aliis verbis testificatus & exhortatus sit Iudeos. Reicienda igitur est Papistarum divisionis, qua verbum Dei aliud dicunt esse ὄγδοον, aliud ἑπτητέρον, hoc est, sine scriptura traditum, aut scripturis comprehensum. Tertio per Scripturam altera doctrina cœlestis pars, scripto Dei Verbo promulgata intelligitur synechdochicū, scilicet lex: Gal. 3. Conclusit Scriptura, (id est, lex, cuius proprium est arguere) omnes homines sub peccatum, hoc est, secum agit uniuersum mundum peccatis transgressionis mandatorum Dei.

Verbum Dei.

Verbum in Sacra Scriptura primò sumitur pro promissione Diuina. Psalm. 119. v. 25. Vivifica me secundum tuum verbum. Id est: promissionem.

Secundo, interdum accipitur pro lege seu pacto: ut Hag. 2. v. 6. Verbum quod pepigi vobiscum cum egredieremini è terra, firmum scilicet manebit.

A 3

3. Signi-

Articulus primus.

- 4
3. Significat rem verbo Dei indicatam, promissam, vel comminandas denuniatam, Psal. 105. v. 18. & 19. Affixerunt in compedibus pedes eius, donec veniret verbū eius, id est: Res verbo Iehouæ prædicta. 1. Reg. 2. v. 27.
 4. Sumitur pro facto: Deut. 19. vers. 15. In ore duorum aut trium testium stabit omne verbū eius. 2. Samuel. 11. v. 27. Dispicuit verbum hoc, quod fecerat David, id est: factum.
 5. Significat Orationem & colloquium: Coloss. 3. ver. 17. Omne quodcunq; facitis in verbo, &c. Ephes. 4. v. 29.
 6. Significat Eloquentiam aut etiam garrulitatem. 1. Cor. 4. v. 19. & 20. 1. Cor. 2. v. 1. 1. Cor. 1. v. 17.
 7. Significat prædicationem & doctrinam. 1. Cor. 2. v. 4. Sermo meus & prædicatio mea in ostensione Spiritus, & virtutis. Act. 13. v. 42. c. 15. v. 6. 1. Joan. 2. v. 7.
 8. Nonnunquam pro doctrina heretica accipitur, sed addito aliquo Epitheto, Eph. 5 v 6. Nemo vos seducat inanibus verbis. 2. Pet. 2. v. 3.
 9. Significat sententiam seu summam Gal. 5. 14. Omnis Lex in uno sermone impletur, nempe hoc, diligas proximum tuum sicut te ipsum.
 10. Verbum Dei significat diuinam illam vim, & viuificam virtutem, qua Deus condidit & conservat creature, easq; iterum quando placet, destruit. Heb. 1. v. 3. Portans omnia verbo virtutis suæ. Deut. 8. v. 3. Matth. 4. v. 4. Dicitur homo viuere verbo, quod procedit ex ore Dei, hoc est: vi & energiâ, quam verbo & benedictione sua largitur.
 11. Per Synechdochen sumitur pro doctrina Euangeli Rom. 10. vers. 3. propè te est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum illud fidei, quod prædicamus.
 12. Sumitur verbum se penumero in Scriptura, Sacra de re ipsa, de qua tractatur. Matth. 19. vers. 11. Non omnes capiunt verbum hoc, id est: non omnes sunt dono continentie prediti, ut extra coniugium sancte & castè vivant.
 13. Primaria, propria, & genuina significatio huius vocabuli est, pro sermone & totâ doctrinâ ab ipso Deo, generi humano edita & tradita per Prophetas, Evangelistas & Apostolos, ut ex illa ad vitam eternam erudiatur. Huius infinita exempla occurruunt in SS. Esai. 9. v. 8. &c.
 14. Sumitur etiam pro consubstantiali Verbo, Λόγῳ, scilicet pro Filio Dei, qui est secunda persona adoranda Trinitatis. Ps 33. v. 6. Verbo Domini cœli firmati sunt. Quia vocabuli significatio apud Evangelistam Johannem in N. T. reperitur Iohann. 1. v. 1. & 2. & v. 14. Vbi notandum, quod locus ille 1. Ioh. 3. v. 7. Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, Pater verbum & Spiritus

De Sacra Scriptura.

5

Spiritus S. in plerisq; veteribus Gracis codicibus non reperitur: forte fraude
hæretorum, vel etiam negligētiā librariorum & scribarum, vel alia qua-
dam incuria, idēo D. Lutherus eum omisit ac reddere noluit: quia tamen
commodissimè interseri potest: Itemq; stylus orationis & rei ipsius sententia
pulcherrimo consensu quadrat,, ad stylum perpetuamq; sententiam Joha-
nis Euangeliſte, merito magni à nobis est estimandus, ac tanquam Aposto-
licus & a Dei Spiritu profetūs retinendus: Deinde restat locus Apoc. 19. v.
13. Et vestitus erat veste, asperga sanguine, & vocabatur nomen eius
VERBUM DEI. Sed propter mysticum sensum, qui in eo libro est, haec quo-
que phrasis obscurior haberi possit, ut videatur sententia huius capituli con-
gruere, cum Pauli dicto. 2. Thess. 2. v. 8. Quod Christus Spiritui oris sui, id
est: Doctrinā verbi Dei, ministerio piorum & doctorum virorum Antichri-
sti impietatem, errores & idolomaniam fit refutatus & confuturus.

Biblia, Βίβλαι

Biblia, primo significant, omnis generis libros, a variis Authoribus
scriptos.

2. Propter excellentiam vel nāt ἐξοχή totum illud opus Biblia voca-
ri, nunc quidem solet in Ecclesia Dei, quo Libri V. ac N. T. continentur.
Quod ipsum Nomen etiam Germans retinent Bibel. Et quemadmodum
in Euangelio Deus dicitur nāt ἐξοχή Bonus: non quod Angels, Homi-
nes, & alia creature non sint bona, quoad Creationem (semper enim ad-
dit Moses: Et ecce erant valde bona.) Ita sola Biblia merentur hoc no-
men, ut dicantur Biblia: quia ut Bonitas Dei, Bonitatem Angelorum &
hominum : Ita libri Biblici reliquos libros multis paraſangis superant.
Horrenda ergo vox Thoma Müntzeri, qui nomen hoc, quo sacra volumi-
na notare solemus scelpto habuit ludibrio. Nihil, inquietus, est cum sacra
Scriptura, quid Bibel/ Bubel/ Babel?

Luth Tom. 2. Ieo-
nenſ. German.
fol. 442. ad Du-
xes Saxonia Frie-
deticum & lean-
nem.

Canon, Κανών.

1: Canon apud Ecclesiasticos Scriptores accipitur, pro regula seu pre-
cepto discipline, sine politia Ecclesiastica: Vnde Canones Conciliorum.

2: Latissima & generalissima significatione sumitur pro Catalogo o-
mnium indifferenter librorum Scripturæ, qui sunt ab Ecclesiis sine omnibus;
sine quibusdam; sine multis; sine paucis recepti. Quo sensu Carthaginense
Concil. 3. cui interfuit quoq; Augustinus omnes libros Apocryphos, c. 47. Ca-
nonicos appellat: quib; tamen non parem tribuerunt Patres autoritatem,
ut patet ex admonitione Augustini, qui Maccabœorum libros cum indicio
legendos;

6 Articulus primus

legendos iubet. & lib. 2. de doctrina Christ. cap. 8. post initium expressè hanc distinctionem ponit, quosdam scilicet ex illis libris, (quos ille Canonicos appellat) ab omnibus accipi Ecclesiis, quosdam vero à quibusdam tantum: Et addit: illas Scripturas, qua ab omnibus Ecclesiis accipiuntur, preponendas esse ijs, quas quedam non accipiunt. Et in his rursum, que à pluribus & granioribus accipiuntur, preponendas esse ijs, quæ pauciores, minorisq; autoritatis Ecclesia tenent.

3. Stricta & propria significatione sumitur pro numero librorum sacrorum, ad quos veluti certissimam normam omnia Christianæ religionis dogmata sunt exigenda. Quod vocabulum non est confitum, vel ex aliis scientijs & disciplinis accommodatum, desumptum, sed in ipsa sacra Scriptura reperitur. Primo, Gal. 6. v. 16. ubi Paulus hoc vocabulo utitur scribens: Quotquot super hunc Canonem seu regulam ambulant, pax super illos & misericordia. Que verba sunt conclusio totius Epistole, in qua tradidit summam Legis & Euangelij: Secundum quam Apostolicam explicationem, ceu normam & regulam, qui vixerint, super hos futuram pacem & misericordiam pronunciat.

Secundo legitur hoc vocabulum Canonis in V. T. in Psal. 19. v. 5. ubi quidem veius Translatio habet, in omni terram exiuit sonus eorum. Quia in parte D. Hieronymus secutus est 70. Interpretes, qui verterunt δόξην & sonus: Verum si inspicitur textus Hebreus legitur vox οὐρανοῦ, quod significat lineam, filum, perpendiculum, regulam & amissum. Constat autem, Spiritum Sanctum hoc in loco vaticinari de propagatione Euangeli in uniuersum orbem terræ, quo sensu Paulus hunc ipsum versum citauit Rom. 10. v. 18. Intelligit itaq; per hoc vocabulum doctrinam coelestem in Scriptura traditam, eoque officium finem & usum denotare voluit. Nam κανών in uicta Varini definitionem est μέτρον, id est, mensura vel regulainfallibilis, nullam omnino additionem vel appositionem aut detractionem admittens. Estq; locutio metaphorica; quemadmodum enim Architecti, que adiicia extirunt ad canonem, normam seu regulam exigunt, ut singule partes iustâ proportione inter se ac symmetria cohærent: Ita Deus Canone assignauit Verbi Ministris, quo rite & ordine Ecclesiam edificant. Est vero Canon duplex. Alius est Canon morum, quaratione omnes libri Apocryphi possunt dici Canon & regula morum & piarum actionum vite: alius vero est Canon doctrina coelestis, ipso scilicet Sacra Scriptura Prophetica & Apostolica, cuius Deus ipse initium fecit exarato Decalogo, suo digno in duas tabulis lapideis anno ab orbe condito. 2. 4. 53. Exod. 31. v. ultimo, & Dent. 9. v. 10.

Libri

De Sacra Scriptura.

7

Libri Canonici.

Ratio appellationis horum librorum hec est; Non, quod authoritas illorum per Canonem alicuius Concilij est attributa sit, cum ne nominari aut fingi quidem possit Concilium aliquod, in quo primum sit talis constitutus Scriptura Canon, quasi antea Scriptura non habuisset talem authoritatem. Verum, quod hi libri sint tutissimus Canon, exactissima norma, infallibilis linea, ac regula omnis doctrine, secundum quam, tanquam ad perpendiculum, omnia scripta & dogmata, tam fidelium, quam infidelium liberè sunt exigenda, cognoscenda ac dijudicanda, & que cum ea congruunt, pro veris & rectis recipienda; queverò ab ea dissentient & dissonant, pro adulterinis, spuriis & falsis sint reicienda. Qui generatim definiuntur, quod sunt libri diuini à Propheticis in Veteri, & ab Apostolis in N.T. Ecclesia Dei traditi & commendati, ut ex illis diuina veritas cognoscatur, & secundum eos, tanquam exactissimam regulam, quaevis dogmata iudicentur. Dicuntur alias libri Testamenti, seu fidei Diuini: quia in illos docetur de Testamento Dei, seu de fidei inter Deum & homines.

Authoritas librorum Canonicorum.

Librorum Canonicorum authoritas est duplex. 1. Interna respectu sui, & externa respectu nostri. In se consideratis, dignitatem suam accipiunt, primario ab ipso Deo, Scripturarum Autore primo: secundo ab Authoribus Sanctis Dei hominibus, qui, tanquam Amanuenses, illos publicis literis exararunt, ac munera suis authoritatem argumentis indubitate asseruerunt.

2. Alia est externa authoritas, quoad nos. Vnde enim nobis constet, hunc vel illum librum esse alicuius Prophete vel Apostoli, si queratur? Ecclesia omnium temporum testimonium dicit, ut misericorditer consulendum, eotamen discrimine, ut potissima authoritatis extranea vis penes primituam Ecclesiam residat, ut pote, quae primitus singulorum librorum originalia habuit, aut videt, recognovit, ac cerebus visis & recognitio testata est, & fideli semper cura ad posteritatem propagavit, quae Ecclesie vocem amplexa ac secuta, nobis quoq[ue] hoc reipublicam singulare Des beneficio sarcuum tectum reliquit.

Divisio Canonicorum Librorum.

Sunt Libri Canonici duplices. 1. Veteris Instrumenti, vulgo dicti Propheticci, qui ante Messiam in carne exhibitum per Prophetas Spiritu

B

Sancto

Articulus primus

Sancto preditos 2. Petr. 1. v. 19. propositi fuerunt, & Ecclesia commendati. Tales sunt: Genes, habens capita 50. Exod. 40. Lexit. 27. Numer. 36. Dent. 34. Jos. 24. Liber Iudicum 21. Ruth. 4. 1. Sam. 31. 2. Sam. 24. 1. Reg. 22. Posterior. 25. 1. Paral. 29. Posterior 36. 1. Esdra 10. Posterior qui & Nehemia dicitur 13. Esther 16. Job 42. Psalmorum 150. Proy. 31. Ecclesiastes 12. Cant. Canticorum 8. Quatuor Prophetæmaiores. Esaias 66. Jeremias 52. cum Threnis 5. Ezech. 48. Daniel. 14. Duodecim minores Prophetæ: Oseas 14. Joel 3. Amos 9. Obadias 1. Jonas 4. Micheas 7. Nabum 3. Habacuc 3. Zephania 3. Haggas 2. Zacharias 14. Malachias 4. Hi libri omnes, si numerando colliguntur sunt 39. Et scripti sunt Idiomate Hebreo, exceptis pauculis in Daniele, Esdra, & una periscope in Jeremias cap. 10 vers. 11. Vbi sermo est Chaldaicus, & in Jobo sunt quoq; que cum Arabica lingua plurimam habent societatem, teste Hieronymo, prefat. in Daniele.

2. N. sunt Testamenti Libri Canonici, & dicuntur Apostolici, qui exhibito iam Christo impellente Spiritu Sancto, ab ipsis met Apostolis, ut Mattheo & Joanne; vel ipsorum suis, ut à Marco & Luca, (secundum quorundam sententiam) excepti & Ecclesia fideliter custodiendi, ac ad posteritatem propagandi traditi sunt. Licet vero Marcus non fuit immediatus Ecclesiæ Hist. tè Apostolus Christi: tamen discipulus Petri fuit, a quo hanc Historiam Euangelicam, quam, cum Petrus legisset, approbavit. Hinc 1. Epist. 5. cap. v. 13. vocat eum Filium suum; Sic & Lucas Euangelista, et si non fuerit ex numero duodecim Apostolorum, neg. ad munus Apostolicum eo, quo ceteri, modo vocatus, tamen constat, quod dictorum & factorum Christi historiam, adeoq; etiam præcipuas eius conciones & miracula insigniora ex ore Apostolorum, qui testes autem fuerunt, & quibus cum ille familiariter versatus fuit, diligentissime annotavit, hinc Euangelium eius, ut verè Gēn̄t̄eūst̄ ab Ecclesia, scriptis Canonici annumeratum est. Recensentur autem hoc ordine. 1. Euangelium Mathei habens capita 28. Marci 16. Luce 24. Iohanni 21. Acta Apostolica 28. qui libri vocantur Historicæ. Ceteri dogmatici, ut Epistola Pauli ad Romanos 16. 1. Corinth. 16. 2. Corinth. 13. Ad Galat. 6. ad Ephesios 6. Ad Philippienses 4. Ad Colossenses 4. Ad Thessalonicensis prior 5. posterior 3. Ad Timotheum prior 6. posterior 4. Ad Titum 3. Ad Philomenem 1. una Petri 5. Iohannis una capit. 5. Hos itaq; omnes, & singulos libros, iam Veteris quam Novi Testamenti Canonicos Ecclesia accepit, ab ipsis Authoribus, quos audierat, quos non erat, quos in carne viderat, divinitus excitatos & singularibus donis Spiritus Sancti illustratos, miraculis insuper, signis & testimonij evidenter ornatos, de quibus certò & bona fide testa-

De Sacra Scriptura.

9

fide testari poterat, se non esse deceptam, sed ab his ipsis Authoribus accepisse, quorum nominibus erant insigniti. Quemadmodum Euangelista ^{v. 24.} hannes cap. 21. suum testimonium & Ecclesiæ testificationem coniungit, dicens: *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hoc, & scimus, quia verum est eius testimonium. Sic Tertullianus testatur, suo adhuc tempore apud Ecclesiæ Apostolicas, Authenticas eorum litteras recitari, sonantes vocem & representantes faciem uniuscuiusq.*

De prescriptis
utriusque Hæret., pa-
rag. 34.

Libri Mosis, Æterne $\chi \otimes$.

Sic dicuntur, non potissimum, quia eius sit mentio in illis Libris, & Dux ac populi fuit Legislator. Verum quia ipsem Moses eos conscripsit. Vnde autem habuerit historiam ante & post diluvium tam exactam Moses, usque ad educationem populi Dei ex Aegypto, an tantum ex viua traditione Patrum, an vero ex aliqua quadam certa annotatione, seu scripta historia (id quod vero simile est) an vero ex miraculosa Dei revelatione, qui volsit eam historiam posteritatis notam esse, ignotum est.

Nam in libro Genesios non facit ullius Authoris mentionem, unde descripsisset. Quando autem sit liber Genesios à Mose descriptus, scripsi non potest, nisi quod consentaneum est, antequam in grauissimam & laboriosissimam functionem vindicandi populum Israëliticum ex Tyrannie Pharaonis, & ducendi in terram promissam fuerit collocatus, hoc opus collectum esse. Reliquos vero libros in deserto successine composuit & absolvit, ante suum obitum.

Apocryphi Libri.

Ià vocantur ab occulta Origine, (ab ἀπόργανῳ, abscondo, occulta) Quia de eorum Authoribus veris semper in primitiva Ecclesia fuit dubitatum, an certè essent ab ipsis Apostolis conscripti & editi, quorum nomen & titulum preferunt; hinc ab iis tantummodo, qui vellent, priuatum fuerunt asserti successutamen temporis in Ecclesia quoq; legi cuperunt, hodieq; leguntur: Verum ad dogmatum fidei confirmationem & controveriarum Theologicarum decisionem non adhibentur, cum in singulis ferè aliquid reperiatur, quod rūm librorum Canonorum authoritati, rūm sibi ipsis sine controversia repugnet: tales libri Apocryphi veteris Testamenti & Scriptoribus Ecclesiasticis sunt, tertius Esdra, habens cap. 9. Ac quartus

B 2

liber

Articulus primus.

Liber cap. 16 fragmentum Esther; Oratio Manassis, Tobias 14. Judith 16. Historia Susanne, Hymnus trium puerorum, Historia Belis & Draconis sub Cyro. Rege Baruch, cum Epistola Jeremie adiecta libello Baruch cap. 6. Liber Sapientie, qui Philoni Iudeorum eloquentissimo tribuitur. 19. Ecclesiasticus 51. Primus liber Maccaeorum 16. secundus 15. In Nono Testamento sunt Epistola ad Hebreos, habens c. 13. Jacobis 5. Secunda Petri 3. Secunda Iohannis 1. Tertia 1. Epistola Iudee 1 & Apocalypsis Iohannis Theologi cap. 22. quibus certo suo respectu annumeramus veterem vulgatam Bibliorum editionem, que pluribus in locis est viriofa, & ab Hebreos discrepat, quamq; Papistica Ecclesia in publicis lectionibus, disputationibus, predicationibus & expositionibus pro authenticata vult haberi, ut nemo illam rejecere quoniam praetextu audeat vel presumat.

Hil libri Apocryphi, si inter se conferuntur, illi qui in Nono, quamvis in Veteri Testamento comprehenduntur, maiorem habent autoritatem & ad probandum dogmata ab omnibus hodie ferre admittuntur. Cum primis autem Epistola ad Hebreos, propter elegantem V.T. commentarium. Et Apocalypsis, propter illustrissima de regno Antichristi & alia plura vaticinia certissimis eventibus completa, ceteris eiusdem ordinis eminenter antecellunt. 2. Nominantur Ecclesiastici, quia, quae ad institutionem & edificationem faciunt plurima continent, cum utilitate & fructu tum priuatum legi, tum publice in Ecclesia recitari possunt. 3. Vocantur etiam à quibusdam Sacri, respectu profanorum Scriptorum, quibus opponuntur. Grauissime ergo Patres Concilij Tridentini peccasse indicandum est, quod pro sua libidine omnes in genere libros Biblicos pariter faciunt Canonicos, eosq; Ecclesie absq; ullo primitive Ecclesie testimonio obtrahere conati sunt: Omnibus illis hos libros pro Canonis non agnoscendibus dirum Anathema dicentes & impingentes. Anathema itaq; sunt Cyprianus, Athanasius, Hieronymus, Eusebius & alia Ecclesie lumina, imo ipsa Ecclesia primitiva qua libros accepit, & ut ocularius testis posteritatis commendauit.

Sunt deniq; libri nonnulli Ecclesiastici, in summo gradu Apocryphi, hoc est, manifeste falsi, adulterini vel suppositiij V. & N. Testamenti. Veteris Testamenti sunt, Libellus quidam Enoch. Psalmus 151. cuius meminit Athanasius in Synopsi, ac multi Pseudoprophatarum libri 2. Adulterini Noui Testamenti: ut sunt Protevangelium Iacobi: Evangelium Nicodemi: Canones Apostolorum: Euangeliū secundū Aegyptios: Liber pastoris Herme: Item Epist. ad Laodicenses, & 3. ad Corinthios quales tamen ab Apostolo scriptā nūspīam legitur; Euangeliū Nazarōrum, & huius furfuris

furfuris alij libri nostri, qui ab Ecclesia merito è codice Bibliorum sunt reje-
cti. Veteris quidem Testamenti ideo, quod quidam ilorum post tempora
Prophetarum tunc scripti sunt, cum populus Israël non amplius habebat
Prophetas, quales veteres erant: Scripti sunt ab iis, qui non habebant divi-
na testimonia de doctrina sua certitudine & authoritate, sicuti Prophetae:
Quidam vero virorum divinitus illuminatorum nomina præse ferebant,
qualis est libellus ille Enochii, sed non habebant certas testificationes, quod ab
illis, quibus tribuntur essent conscripti. Novi vero Testamenti Apocry-
phi adulterini ideo reprobatisunt. 1. Quia non poterant ostendere testifica-
tione prima Ecclesie, quod velab ipsis Apostoli essent conscripti: vel vi-
ventibus Apostolis comprobati. 2. Quia afferebant peregrinam doctrinam,
non consentaneam illi, quam Ecclesia ab Apostolis acceptam inre-
centi adhuc memorias tenebat, & in Canonis scriptis, conservabat.

Traditio παράδοσις.

Hoc vocabulum est Ambiguum. 1. Leges per Mosen latè vocantur
traditiones. Ad. 6. v. 14. harum traditionum emulatorem se fuisse docet
Paulus Gal. 1. v. 14.

2. Significat ipsam doctrinam divinam, quam Apostoli primò vivâ
voce annunciarunt, & postea in litteras retulerunt. In qua significacione in
Epistolis Paulinis aliquoties ponitur. 1. Cor. 11. v. 23. A Domino accepi,
quod tradidi vobis, de Cena Domini loquens, cuius institutionem statim
inseqq. verbis descripsit. Sic 1. Cor. 15. v. 3. Tradidi vobis imprimis, quod
accepimus, quod Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris secun-
dum scripturas. Vbi nomine traditionis comprehenditur, quod in V. & N.
Testamento de resurrectione mortuorum aperit descripsum est. 2. Thess.
2. v. 15. State & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem,
sive per Epistolam. Item 2. Thess. 3. v. 6. Subducetis vos ab omni fratre,
ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam accepe-
runt à nobis: quam traditionem seqq. verbis explicat.

3. Traditiones vocamus, quæ testificantur, ab his Authoribus,
quorum nomina præse ferunt, Prophetarum, Evangelistarum & Aposto-
lorum, libros descendisse, & hæ sunt unanimi & consentientes totius prime
Ecclesie, quæ obviis ulnis amplectimur.

4. Quandoq; etiam veteres per Traditiones intelligunt non dogma-
ta aliquafidei, sed ritus, qui propter decorum & ordinem in Ecclesia ser-
vantur. Hos non damnamus, licet in scripturis mandatis non sunt, quia sunt
incitamenta & retrivachla pietatis: quales sunt, Cenam Domini à jejunis

Articulus primus

12

esse sumendum: flexis genibus & nudo capite orandum: Ceremonia item usitate in nuptiis benedicendis: Psalmodia, dies festi, &c. hos ritus Apostolus Paulus comprobat, ubi omnia decenter fieri debere mandat. 1. Corinthus. 14. v. ult.

5. Per traditiones intelligimus quoq. eos ritus, quos vel Apostoli pro statu suorum temporum, τῷ λαῷ, καὶ ἐν οὐρανῷ Ecclesiasticæ in servienti observarunt, nec in Sacris litteris expressi sunt, cum hoc fine non tradiderint, ut eos perpetuos esse vellent, vel etiam litteris consignatos certantum tempori accommodata esse voluerunt: qualis fuit traditio de abstinentia ab immolatis, suffocato & sanguine, &c. Acto. 15. vers. 20.

6. Traditionis vocabulo significantur constitutiones vel sine verbo, vel contra expressum Dei verbum, in Ecclesiam introducere, quales fuerunt tempore Christi Phariseorum, quas antiquas appellat, quia iam longo tempore invaliderant in Ecclesia Iudaica: Matth. 5. & 15. vers. 2. & nostri seculi traditiones Romanensium, &c. quas traditiones resicimus ex mandatis divinis prohibitoribus. Deuteronom. 4. vers. 2. cap. 5 vers. 32. cap. 12. vers. 32. Matth. 15. vers. 9. Coloss. 2. vers. 8. Apoc. 22. vers. 18. § 19.

7. Interdum libri sacre scripture continuo cursu annorum & temporum, nunquam interrupta serie ab Ecclesia custoditi & posteritati traditi intelliguntur, quos ex Ecclesia traditione habemus. Hanc Irenem dives depositorum veritatis appellant.

8. Hoc vocabulo comprehenduntur etiam illa dogmata, que quidem non totidem literis & syllabis in Scriptura reperiuntur, sed certa, bona, firma & manifesta consequentia ex perspicuis testimoniorum sacre Scriptura ex-triuntur. Sic ab Ecclesia traditionem accepisse testantur Patres, quod infantes baptisandi sint.

9. Interdum usurpatur pro unanimi & Catholico consensu Patrum: Ut si dicimus, usitata loquendi formula: Patres ita tradiderunt, &c.

Religio, Θρησκεία.

Primo significat affectus animi, sive devotionem: hinc omnes Christiani firmam animi fiduciam Christo adhaerentes, sunt & appellantur Religiosi. Ut tamen non intelligimus superstitionem Monachorum, qui ut regulis suis authoritatem conciliarent, nomen generale & sanctum religionis eisdem tribuuntur soliti. Religiosi appellari voluerunt.

2. Signi-

Lib. 3. cap. 4.
statim ab ini-
tio.

Origen. in cap.
6. Ad Rom. Cyprianus lib. 3.
Epist. 8. ad Fi-
dum
August. lib. 4.
contra Donati-
tas. c. 27.

2. Significat fidem & doctrinam Christianam, scriptis Prophetarum & Apostolorum comprehensam, quae de Deo eiusque voluntate erga nos clementer & abunde nos erudit.

Zelus.

Origo huius nominis est à Zeev, quod servare seu astuare, & ebullire significat, quasi animus astuans bulliat, & in dicta & facta motum istum significativa prorumpat. Significat autem primò zelus honestum & laudabile studium, quo accendimur ad alios virtutes imitandas, aut etiam superandas, sine ullo tamen ipsis odio. 1. Corinth. 14. vers. 1. Æmulamini spiritualia. 2. Corinth. 9. vers. 2. Et vestra æmulatio provocavit plurimos. Secundo significat livorem ac invidiam, cum alteri invidemus id, quod nobis peculiare esse volumus, ideoque rivalem pati non possumus. Galat. 5. vers. 20. Vbi Paulus emulationem inter opera carnis recenset, Iac. 3. vers. 14. 2. Corinth. 12. vers. 19. Terriò in religionis negotio zelus significat vehementem animi motum atque impetum conceptum ab aliquo, in rebus ad cultum divinum spectantibus. Et est duplex: Pius & Impius. Pius est, qui nititur verâ fide, verâq; vocatione, ac consistit intra metas charitatis laudemque meretur. Et q; itidem duplex: vulgaris & heroicus: ille modera-
toris: hic vehementius imperi fertur, ac plerumq; cum vocatione extraor-
dinaria seu immediata coniunctus est. Cuius exempla sunt Moses, confrin-
gens tabulas Decalogi: Christus ejiciens venditores è templo: Multiq; pugna-
Reges, Principes, Prophetæ & Apostoli, &c. Quòd reserimus serventem ze-
lum D. Lutheri, divinitus excitati, non modo, ut Antichristum revela-
ret. 2. Thessal. 2. sed etiam ut Pseudodoctoribus, Anabaptistis, Sacramen-
tariis, Antinomis, alioq; magna Spiritus neipsoq; contradiceret. Impius
zelus est cum pugnatur pro mendacio afferendo, ac propagando & simul
non spectatur doctrina ipsa, sed Authoritas, fama, opes, gloria, cupiditas
vindictæ, aliaq; affectuum monstra animum hominis occupant. Talis
est Pontificum Zelus, ardendum odio Christi & Apostolorum. Actor. 5.
vers. 17. Actor. 13. vers. 45. Et huius generis zelus est Antichristi Romani
& Satellitum eius, qui pretextu religionis & veritatis utrumq; agunt:
Mendacia & Idola stabilunt & tyrannidem & lucrum querunt.
Ad eandem classem etiam Carolostadii Iconoclastæ zelus reserendum
est, qui mera emulatione adversus Lutherum accensus, res novas ten-
tare, statuas demoliri, & contra simplicem verborum Cœna Domini-
ce sententiam differere coepit. Cuius ζῆλον ἀζηλον & φιλόωμεν
imita-

Articulus primus

14

imitati sunt Zwinglius, Münzerus, Storck, Schwenckfeldius, Calvinus, & totus numerus istius Synagoge.

4. Est & alia species zeli, qui ratione fundamenti quidem laudandus, cum pro Christo & veritate doctrine celestis suscipiatur, at ratione effectus non item, cum nimio amore feratur extra metas, vel officij vel charitatis Christianae. Talis cernitur in Apostolis, volentibus igne celitus demissio Samaritanos non obedientes Evangelio everttere. Luc 9. v. 54. In Iona, qui mavult Niniven perire, quam non videri verus Yates, Ion. 4. v. 1. & 2. In Iosua, volente duos, qui in castri remanerant, & Spiritu Domini erant impleti, prohibere ne prophetarent. Num. 11. v. 28.

In primis vero huius indiscreti Zeli exemplum cernitur in Petro, qui cum audiret Christum de passione vaticinantem, amore eius accusu dissimilare illitale propositum conatur. Matth. 16. v. 21. Cumque eum comprehendendi cerneret, gladio arrepto irruit in militum cohortem. Matth. 26. vers. 51.

Nonsunt igitur talia dicta vel facta, que pro veritatis quidem defensione usurpantur, sed metas vocationis, & charitatis fraternalis limites transcendunt, praetextu zeli defendenda & excusa. Dominus enim eiusmodi zelum indiscretum gravissime redarguit in Iona, Petro, & reliquis discipulis, &c.

Articuli Fidei.

1. Articuli fidei intelliguntur iij, qui ex scriptis Apostolorum sunt collecti. Symbolum Apostolorum dictum: Die 12. Stück des Christlichen Glaubens. Secundapars nostri Catechismi.

2. Nominis articulorum fidei veniunt, Demonstrationes invictae certae & immotae, verum non ex humanaratione petita, sed ex verbo Dei manifesto depromptae, licet non in Symbolo Apostolico continenter expressae: quorum articulorum uno negato, totum redempcionis opus labefallatur & indubium vocatur. E.g. Articulus fidei est, sola fide hominem iustificari coram Deo: id est, doctrina in verbo Dei fundata: Sic Articulus fidei est, in sacra cena nobis communicari verum corpus & verum sanguinem Iesu Christi: id est, doctrina in verbis ipsius Christi veracis & omnipotentis fundata.

Catechismus.

1. Generaliter significat doctrinam vocalem, qua alius alium exprimit. Ein mündlicher Bericht.

2. Signi-

2. Significat eam doctrinam, qua voce ē Scriptis Propheticis & Apostolicis, de verareligione Domini nostri Iesū Christi auditoribus traditur, cuius sunt sex primaria capita: Decalogus, Symbolum Apostolorum, Oratione Dominica, Institutio Baptismi, Cœnæ Dominicæ, & Clavium regni cœlorum.

Catechumenus.

Reperitur hac vox in Epistola ad Galatas, cap. 6. v. 6. & in generali significatione denotat unumquemq; qui sonanti voce & sermone ab alio eruditur. Vnde & Philosophorum & Opificum discipuli Catechumeni vocari possunt.

2. In primitiva Ecclesia, cum ea revelato Evangelio ex Iudeis & gentibus colligeretur, Catechumeni fuerunt ii. qui priusquam baptizarentur, in doctrina pieratis & religionis Christianæ ad breve tempus instituebantur. Sic Catechumenus fuit Augustinus, sic Ambrosius, qui & adhuc Catechumenus electus est in Episcopum.

3. Hodie, postquam infantes, qui vocalis doctrinæ nondum sunt capaces baptizantur, vocantur Catechumeni ii, qui cum post accepimus in infantia Baptismum adoleverint, in vera & pia doctrina Christi erudiantur, ut, quod in infantia suomodo crediderunt, & beneficio Spiritus sancti acceperunt, hoc in adolescentia revelasè credere & intelligere incipient.

Revelationes Dei.

Sunt multifarie: Heb. 1. v. 1. ad duo tamen potissimum genera posse sunt referri. Aliæ namq; sunt ordinariæ: aliæ extraordinariæ. Ordinariæ sunt in quadruplici differentia. Primo, patefactio[n]es Dei factæ sunt in V. T. per Urim & Thumim. Exod. 28. v 30. Levit. 8. v. 8. Deut. 33. v. 8. per que Israëlia consulebant Dominum, & vel gemmarum in pectorali summi Sacerdotis positarum, luce & fulgore, aut tenebris, aliisq; nobis incognitis rationibus de Dei voluntate edocebantur, sicut historia Davidis, 1. Sam. 23. v. 2. & 10. luculenter ostendant. Secundo, Aliæ sunt, quando Dominus populo Israëlico de rebus gravi us requisitus responſa dabat, ex propitiatorio frue tegumento arcæfæderis de medio Cherubim; unde deinceps dicitur in Scriptura Dominus sedens super Cherubim. 1. Sam. 4. v. 4. 2. Reg. 19. v. 15. Tertiò, Aliæ est patefactio, qua Deus Pater in Novo T. locutus est nobis per Filium suum: Heb. 1. v. 2. Ioan. 1. v. 18. qui & ipse docuit suos discipulos. Matth. 5. v. 6. 7. Ioan. 14. v. 26. & Spiritu S. eos donavit, à quo multi sunt in omnem veritatem. Ioan. 16. v. 13. Act. 2. v. 4. ut essent testes

Christi per universum mundum Act. 1. v. 8. Quartò, est patefactio Dei, que adhuc hodie sit in Ecclesia, per Verbum & Sacra menta, per qua Deus agit nobiscum & se nobis conspicendum præberet, tanquam in speculo & enigma, & beneficia spiritualia credentibus exhibet, consert & ob signat.

Secundo. Extraordinaria sunt quibus Deus se hominibus vel in forma visibili videndum, vel prolatis oraculis audiendum præbet, eosq; vel dubitantes confirmat, vel mastos consolatur, vel de rebus gravibus Ecclesia ac Reipub. impendentibus edocet. Harum species quatuor numerantur. 1. Quia Deus vigilantibus modo interno ac mystico se patefecit, ei q; singulari Spiritus S. in instantia futura aperuit, aut per eos locutus est, interdum etiam visis menti objectis eos erudit, ut visio Esiae & Joannis in Apocalypsi. Horum aliqd, quod locuti sunt intellexerunt: aliqui vero non intellexerunt quid dicerent: ut Caiphas, vaticinans de efficacia mortis Christi: Et Bileam impius hypocrita de Messia oriu ab beneficiis, deq; gente Macedonum. Huic cognata est ecstasis, in qua sensus corporei abstracti a rebus externis intra se revocantur, ut oculi externa objecta non videant, neq; aures externos sonos audiant, sed mens liberata isto corporeo servitio, tora in oblatis visionibus contemplandis occupantur, ut Pauli in templo Ierusalem. Act. 22. v. 17. Raptus vero D. Pauli 2. Cor. 12. v. 2. 3. 4. planè singularis fuisse videatur, cum ipse metu Paulus fateatur, se nescire utrum fuerit in corpore, an extra corpus. Si mera & simplex fuisse ecstasis, non fuisse opus comminatione, quam bis inculcat.

Secunda est, quia Deus dormientibus per somnia revelavit futura, aut voluntatem suam patefecit, ut Iacob, Gen. 28. 13. Danieli Dan. 7. 1. Iosepho, Matth. 1. 21. Magis, Matth 2. v. 12. Hec somnia una cum ceteris miraculosis patefactionibus & operibus desierunt. Quibusdam impiis quoq; Deus somnia Prophetica obtulisse legitur, ut eos hac ratione ad agnitionem veritatis & penitentie vocaret, & Ecclesia ac Politia conservationem ac gubernationem dirigeret: qualia sunt somnia pincernæ & pistoris, Gen. 40. v. 5. Pharaonis, Gen. 41. v. 1. Nebucadnezaris, Dan. 2. v. 1. & 4. v. 2. Sed hic quia intellectu rei viscaruerunt. Prophetæ propriæ dicti non possunt. Tertia species est, quia Deus in visione externa hominis vel nubis sive alia imaginis apparuit Sanctis, ab ore ad os cum illis locutus est coram. Hac ratione Dominus ante latam legem Iesu est frequentius, ut quando apparuit Abraham, Gen. 18. v. 1. Iacobo in nocturna, Gen. 32. v. 1. & Moysi impressis per totum tempus istius gubernationis. Quarta species est apparitio Angelorum, quorum ministerio sepe Dominus Ecclesiam de futuri eventibus edocuit, ut Lotkum de excidio Sodomorum, Gen. 19. 12. Eliam de morte Ochorie,

Ochorie

Ochozie, 2. Reg. 1. Danielem de tempore adventus Christi & fine Politie Iudaice. Dan. 9. Zachariam de Ioannis, Mariam de Messie nativitate. Luc. 1.

Quomodo.

1. Interdum hoc vocabulum querit de modo rei agendae vel actae: & vocatur Quomodo didacticum, quia docendi gratia & declarationis causa adhibetur, nec promissioni Dei opponitur, sed errori & phantasias humani cerebri. De hoc Quomodo didacticopassim loquitur sacra Scriptura: Matt. 22. 43. Pharisæis, qui Christum hominem tantum esse putabant, Filius Dei questionem proponit: Quomodo igitur David in Spiritu illum vocat Dominum? Sic Maria mater Domini, audiens verba Gabrielis ait, Luc. 1. 34. Quomodo istud erit, quandoquidem virum non agnosco? Quibus verbis non de effectu dubitavit, sed quiescit tantum de fæli qualitate & conceptionis modo: ut Lyranus docet. Si enim dubitasset, procul dubio, vel sicuti Zacharias, vel alia quoque ratione punita fuisset. Hinc recte duplex perturbatio constitutur: admirationis & incredulitatis. Zacharia adscribitur perturbatio incredulitatis: Maria vero perturbatio admirationis.

2. Habet hæc particula vim negativam, ut cum Christus dicit: Matth. 23. 33. Progenies viperarum, Quomodo effugere possetis damnationem Gehennæ? hoc est, nunquam effugietis. Matth. 12. v. 26. Luc. 11. 18. Si Sathanas Sathanam ejicit, quomodo ergo stabit regnum eius? hoc est, nullo modo stare potest.

3. Vim argumentis habet & exprobrantibus vanitatem & impossibilitatem rei subjectæ. Et istud Quomodo, Cyrillus lib. 4 c. 14. vocat Quomodo Iudaicū. Ioan. 12. 34 dicunt Iudei: Nos audivimus, quod oporteat Messiam manere in æternum, quomodo tu dicas: oportet Filium hominis exaltari? hoc est, tu non vera dicas. Marc. 4. 13. Quomodo omnes parabolæ intelligitis? hoc est, non intelligitis. Item Ioan. 6. 43. Iudei non de modo quæsiverunt, quomodo Christus de cœlo descenderit: Hoc enim simpliciter non crediderunt, sed cum tanquam falsum aperte damnassen, quòd dixerat: Ego sum panis, qui de cœlo descendit, status Collogni Iudeorum cum Christo erat: an de cœlo descenderit, non Quomodo descenderit. An sit panis cœlestis, panis vita vel vivificus, non quomodo sit. Sic quærentes, quomodo Christus suā carnem ad manducandū dare posset, non de modo querebant, sed manducationē illam simpliciter tanquam falsam & absurdam manifestè damnabat, quā Christus apertis verbis afferbat. Tale Quomodo

In Gloss. ordi-
nar. super cap. L.
Lucr.

Articulus primus:

erat Nicodemi Ioh. 3. v. 4: Quomodo potest homo renasci & iterum intrare in uterum matris? Quam Christi de regeneratione sententiam suaratione, quomodo fieri posset, assiqui non valet, fidem ei derogandam esse opinabatur: ideo Christus acrioribus verbis inscitiam ipsius reprehendit, quod Magister Israëlis nuncupetur, haec tamen adhuc quasi rudimenta ignoret. Apostolus Paulus hoc Quomodo vocat: Quomodo stultorum. Quarentibus enim Corinthiis, Quomodo resurgent mortui, 1. Cor. 15; v. 36. respondet, Stulte, quod seminas, non vivificatur, nisi morietur, quasi diceret: Si semen mortuum vivificari potest, multò magis corpora fidelium. Differunt ergo inter se. Quomodo didacticum oritur ex discendi studio: Quomodo Iudaicum ex incredulitate & curiositate originem habet. Quomodo didacticum opponitur errori & adhibetur declarationis gratia: Quomodo Iudaicum opponitur promissione divina & obscurat certitudinem divinarum promissionum. Quomodo didacticum potest effari & explicari: Quomodo Iudaicum est ineffabile. Quod Iudaicum Quomodo plenum incredulitatis, multos ita seduxit, ut circa fidem naufragium facientes, Dei verbum ad suas proprias preconceptas opiniones inflecterent. Hoc idem Quomodo, hodie infelix illud certamen de Cœna Domini & persona Christi peperit: quod Adversarii suæ rationis modulo divina mysteria mente tientes subinde querunt, Quomodo hac possunt fieri? Ideo paterculo verbo Evangelii, credendum simpliciter, nec ratione rimandum. Nam scrutator Maiestatis opprimetur à gloria. Proverb. 25; v. 27. Contra quam rationis humana temeritatem tenendum est: quod in rebus divinis non dicendum sit. Quomodo. Est enim divinus modus supra omnem modum: Non etiam dicendum, qua ratione? quia supra omnem rationem est divina ratio.

Ratio:

Est duplex: Alia est hominis animalis, nondum regenerata, & haec captivanda est in divinis rebus, in obsequium Christi. 2. Cor. 10. v. 5. si prius ex verbo Dei recte intellecto constet, quæ Dei sit voluntas.

2. Alia est ratio hominis spiritualis, luce verbi & Spiritus sancti illuminata, quæ non ex similitute, aut carnali sensu, sed ex Dei verbo, & secundum illius normam, discretione quadam piâ, quæ fidei analogâ & consonâ sunt, que minus, disjudicat, quæ pro tritico aut palca in dogmatibus vel controversiis habenda sint. Hinc Paulus 1. Cor. 2. v. 15. Spiritualem hominem omnia disjudicare testatur: Et se prudentibus loqui affirmat, & judicare monet, quod dicit. 1. Cor. 10. v. 15.

Absur-

Absurda.

1: Absurda sunt diversi generis. Alia sunt Rationis: E.g. absurdum rationis est, corpus & sanguinem Christi esse ubiq.

2: Alia sunt Fidei, quae in manifestos fidei articulos impingunt. Has in Ecclesia Dei ferenda non sunt:

Quoniam, Quia, Enim. *γαρ, οτι*.

1. Particula he, si quando in Scripturis sacris occurrunt, interdum sunt causales, seu continent causam antecedentis affirmati, ex quo effectus ortur. Röm. 10. v. 9.

2. Interdum vero non sunt causales, sed ratiocinative, ac affirmatum ab effectu atq. signis declarant, ex quibus potest agnosciri: ut Matth. 5. v. 3. Beati pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. Matthai 25. v. 35. Elurivi enim & cibastis me. Luc. 7. v. 47. Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Vbi voces illæ, *ηδονη*, non causam presupponunt, propter quam beatitudine eterna ipsis contingit: sed potius sunt ratiocinative, que effectum causæ antegressæ declarant. Similis locutio extit. 1. Joan. 3. v. 14. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: ita ut sensus sit: Nos scimus, quod translati sumus de morte in vitam. Unde vero id scimus? Ex quo signo? Nimirum ex effectu huius nostre in vitam translationis, quia Charitatem tanquam opus divini Spiritus & fidei non simulata fructum in nobis deprehendimus:

Donec, usque, *εως*:

1. Designat finem ac constitutum terminum rei alicuius complete. Matth. 18. v. 34.

2. Interdum hec particula he refertur ad tempus precedens, ut de sequenti non affirmetur contrarium. Matth. 28. v. 20. Sic quando 1. Tim. 4. v. 13. Paulus Timotheum Scripturæ Prophetice attendere iubet, donec veniat, non vult, quasi ubi veneris: remittere debet Timotheus ab ista legendi exhortandi, diligentia debeat, sed ut continuo studio in desudando infistat. Quo significatu hec vox sapius usurpatur in sanctis Scripturis. Genes. 8. v. 7. Matth 1. v. 25. Psal. 110. vers. 1. Hec exempla clare demonstrant. Heluidium hereticum graviter errasse, dum peruersa huius vocabuli (donec) interpretatione inductus: Mariam plures post Christum perisse liberos assenerabat, eo quod Evangelista testetur Matth. 1. vers. 25.

C 3

Josephum

Psal. 112. v. 8.

Josephum non cognouisse suam coniugem, donec filium suum primogenitum peperisset.

Hodiè.

Vox haec denotat primò tempus aliquod presens, vel diem presentem, quem nocte praterita attrigimus. Iudic. 9. v. 19. Hodiè latamini in Abimelech, & ille latetur in vobis. Secundò sumitur pro toto illo tempore, quo nos Deus compellat, & quo nobis offeratur Euangelium Psal. 95. v. 8. Hebr. 3. v. 15. Tertio significat aeternitatem, quam Deus extra temporis respectum habet. Psal. 2. v. 7. Filius meus es tu, ego hodiè genui te, id est, ab eterno. Nam sicut apud Deum non est tempus futurum, sed aeternum Nunc sensodie, ita nec præteritum.

Quasi, Sicut, Tanquam, &c.

1. *Significat æqualitatem mutuam, qua res sibi innicem correspondent, ut nulla appareat dissimilitudo.*
2. *Designat similitudinem, quoniam aliquo modo tantum imitari potest homo, non verè ei equiparari. ut 1. Joan. 3. v. 3. Omnis, qui habet hanc spem in eo sanctificatus, sicut & ille sanctus est, id est, emititur quantum in hac vita potest fieri, Dei puritatem & sanctitatem emulari.*
3. *Hac particula sicut, &c., iuxta Hebraicum est affirmativa & veritatis expressiva, idemq; est ac si dicas omnino, certe, vere. Joan. 1. versc. 14. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, &c. id est, vidimus gloriam, qua reuera & realiter erat sempiterne Dei Filiij.*

Pati Ecclesiæ, seu Scriptores Ecclesiastici.

1. *Secundum Scripturæ Sacrae sententiam Patres Ecclesiæ vocamus Patriarchas, Genes. 5. & 11. Lumina Ecclesiæ Dei, qui in ea ante & post diluvium vixerunt, ex quibus Christus secundum carnem natus est. Rom. 9. v. 5. cap. 11. v. 28.*
2. *Deinde hoc modo principui Doctores Ecclesiæ, videlicet Sancti Prophetæ & Apostoli, Dei electi, rectè quoq; Patres dicuntur, super quorum fundamentum, hoc est, doctrinam, qua fundamentum iecerūt, Ecclesia est edificata. 1. Cor. 3. v. 10. Ephes. 2. v. 20. Hos Ecclesiæ Patres audiendos Christus commendauit Luc. 16. v. 29. inquiens, Habent Mosen & Prophetas, audiant illos. & Luc. 10. v. 16. de Apostolis. Qui vos audit, me audit. Ex horum Scriptis & secundum illa, religionis controversia sunt dijudicanda. Gal. 6. v. 16.*
3. In

3. In Ecclesia Patres Ecclesie vocantur Episcopi & Doctores veteris Ecclesie, qui voce ac Scriptie Ecclesiam post Apostolorum tempora evudierent. Horum atq[ue] alijs sunt priores, presertim qui minus absunt ab Apostolorum temporibus posteriores enim paulatim sui seculi erroribus imbuti, eosdem Scriptis propagarunt. Tales sunt Augustinus, qui facile primas tenet, Ambrosius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Damascenus, Eusebius, Fulgentius, Gregorius Magnus, Hieronymus, Justinus, Nazianzenus, Origenes, Theophylactus, & alij, quorum prolixus posset recitari Catalogus: isq[ue] non immerito quoq[ue] annumerari Lutherus, & atq[ue] Scriptores Ecclesiastici. H[oc]rum scripta audienda & legenda sunt cum iudicio, & sobrie, ut videlicet iam ea amplectamur & sequamur, si ipsi Sacrosancta Prophetarum & Apostolorum Scripta sequantur, eorumq[ue] sententiam asequantur & cum ea consentiant, ad quam tanquam ad normam, regulam & iudicem sunt illa omnia examinanda & probanda. Esai. 8. v. 20. Ad legem & ad Testimonium. Rom. 12. v. 6. Omnis Propheta fidei sit analogia.

4. Patrum nomine intelligentur omnes Israëlite, qui ab Israële Patre ad Christi aduentum vixerunt. 1. Cor. 10. v. 1. Nolo vos ignorare fratres, quod Patres nostri omnes fuerunt sub nube, &c.

Scholaftici Theologi.

H[ic] sunt & tales appallantur, qui ex duobus integris, Theologia scilicet & Philosophia, unum corruptum produxerunt, ac nouum & sermonis & doctrine genus, infinitis questionum ac disputationum vanissimorum labyrinthis intricatum pepererunt, inq[ue] Ecclesiam Christi innixerunt: quales sunt, Thomas de Aquino, Scotus, Biel, Gritsch, Holcot, Bricot, Maffret, & alij eiusdem farine, quorum Nomina vel ipso penè timenda sono.

Deus est Author Scripturæ Sacræ.

Sed et huius Axiomatis in dicto. 2. Sam. 23. v. 2. & 3. residet Deum Verbi sui causam principalem efficientem constituens, quod immediate ab ipso Deo profectum sit & patefactum hominibus, ut ab ijs agnoscatur & celebretur, ipsiq[ue] beatitudinem consequantur. In quo illustri dicto totius Trinitatis sit mentio. Nam ultimis verbis: Deus mihi loquutus est denotat primam personam Deum Patrem; per Sermonem qui per linguam eius sit loquutus, intelligit secundam personam Filium Dei, qui propriè ab ipso dicitur Joh. 1. v. 1. tandem per Spiritum Domini (quis sit per ipsum loquutus)

Significat

Articulus primus

significat tertiam personam. Et ne quis hac in parte ambigeret; eadem Scriptura sacra interdum Deo Patri Actor. 3. v. 18. Interdum Filio Job. 1. v. 18. Hebr. 1. v. 1. Interdum Spiritui Sancto tribuitur, 2. Sam. 23. vers. 2. 2. Petr. 1. v. 21.

Quando vero dicimus, quod Deus Pater per Spiritum Sanctum locutus fit Prophetis & Apostolis, non sic accipiendum est, quasi Spiritus Sanctus esset Instrumentum tantum Dei, per quod agat, sed nos autem proprietas Personae Trinitatis, cuius sit maxime proprium inspirare, loqui, dictare Scripturam, nimirum Spiritus Sanctus, a quo opere reliqua Personae non excluduntur, sed includuntur. Quemadmodum Iohannes de Abra. secunda Trinitatis Persona affirmans, quod per eum omnia sunt facta, nihil derogat eius Deitati, quin hoc ipso eam astrictus.

Porro causa minus principales & adiuuantes seu instrumentales, respectu nostri, sunt Homines, peculiariter atque immediate a Deo ad hoc electi & vocati: quales fuere in Veteri Testamento Prophetae: In Nono, Evangeliste & Apostoli; Hi sunt Amanuenses Spiritus Sancti, Legati ipsius, qui non proprio impulsu aut voluntate Hominis, sed acti, dacti, gubernati, immediate ab ipso Spiritu Sancto, scribentes Verbum Dei annunciarunt & literis tradiderunt: Sic Moses Spiritu Sancto inspiratus Pentateuchum conscripsit, quem ceteri Prophetae Luc. 1. v. 70. dehinc Apostoli 1. Joh. 1. v. 1. 2. 3. 4. sunt securi. Hinc ipsis verbis non appellatur verbum Hominis, sed Verbum, vox, eloquium & testimonium ipsius Dei, qui est ipsa Veritas & mentiri non potest. Tametsi enim Prophetae & Apostoli fuerant Homines, non tamen locuti sunt aut scripserunt, ut Homines, sive ex humano animo & stylo, sed ut Dei servi, quorum lingua & manu usus est. Quod siigitur dicitur Lex Mosis, Epistola Pauli, Petri, &c. idratione Mystery, quo fungebantur, intelligendum est.

Sacra Scriptura est irrefragabile Principium
totius Theologiae.

Quemadmodum solidè traditurus artem, scientiam aut disciplinam aliquam, primo omnium certa quedam infallibilia & immota principia constituit, quibus reliqua omniaceum principiata & effectus innicuntur & probantur: ita quoq; in Theologia addiscenda, primo omnium principium est ponendum, ad quod cetera omnia sunt referenda, & ex quo omnia quoque enascuntur & demonstrantur. Hoc principium est Sacra Scriptura, ex qua omnia capita religionis Christiana deducuntur, que hominibus salutis

salutis eternae amantibus scitu sunt necessaria: & ad quam omnia sunt examinanda, num illi sint conuenientia & exactè respondeant. Et si vero Scriptura Sacra non est principium ipsius Dei, quippe que ab hoc solo est profecta: tamen si cognitionem Dei, quoad essentiam unam, & Trinitatem personarum, eius ergo erganos hominem voluntatem respiciamus: ex solis certè sacris literis illa est sumenda, in quibus se se singulariter patefecit unus ille, verus Deus, quem omnes illi bisce diuinis literis substituti ignorant. Dicitur autem principium irrefragabile: primò respectu sui ipsius: si enim totus orbis Scripturæ contradicere & eam infringere externis viribus niteretur: maneret tamen irrefragabile principium in se ipso, auctoritateq., quia semel iam à Deo, qui est veritas, profecta & inspirata est, si enim hoc physicum principium se ipso firmum & immotum manet: Omne corpus naturale, quatenus naturale est corruptibile, mobile. Et hoc Arithmeticum: Bis duo sunt quatuor: si maxime omnes homines negarent: Multò magis certum immotum & irrefragabile erit in se ipso hoc planè diuinum principium, quod dicitur Sacra Scriptura.

2. Est deinde quoq., irrefragabile, quoad veros attinet Christianos, qui in illa edocti conscientia propriâ & Scripturâ Sacrâ attestante conuicti eam negare nec possunt, nec debent.

Hic primum excluduntur Pagani seu Ethnici, qui planè nihil de scriptis Litteris norunt. aut si maxime legunt, contemnunt, & profabulis habent, in qua multa dicantur, pauca vero probentur.

Deinde Turci, qui pauca in ea approbant, singentes plorat, esse corrupta, Vetus quidem Testamentum à Iudeis, Nouum autem ab Apostolis, presertim autem D. Paulo.

Tertio etiam Iudei, qui licet V. T. quoad literam retinent, excusat tamen & velamen pre oculis habentes sensum non vident.

Quarto Manichei qui libros V. Testamenti Propheticos, tanquam à malo Deo profectos, ex Ecclesia proscripti sunt, quemadmodum testatur Epiphanius hæres. 66. non procul à fine. His quam proximè accedunt Papistæ, quanquam enim sibi haberi volunt, qui verè Christianam profitentur religionem, quia tamen Scripturam pro irrefragabili principio non agnoscunt, sed eam esse materiam litis, Ecclesiâ inferiorem, dubiam & ancipitem, blasphemè nuncupant & alijs quibusdam nominibus aspergunt. Viderint ipsi, quo iure hoc nomen Christianum sibi arrogent. Huic refutuntur à Deo impij, qui nihil credentes in diem viuunt, contemnentes Conciones Verbi Dei, & Sacraenta diuinitatis instituta.

Soarates Eccles.
Hist. lib. 1. c. 17.

Omnis & sola Scriptura Prophetica & Apostolica est
Canon doctrinæ Christianæ.

Theoremahoe ex immois Scripture editis de promptum est: 2. Sam.
23. v. 3. Matth. 1. v. 22. Luc. 16. v. 29. Habeni Mosen, &c. 2. Tim. 3. v. 16.
2. Petr. 1. v. 20. & 21.

Quemadmodum enim in omni disputatione, de qua cung, materia es-
suscipiatur, certa quædam immoia & infallibilia probationum principia,
qua sunt certe, infallibilis & immortale regule, arg. &c. &c. sunt constituenda,
ad qua omnia, ceu ad hydium lapidem examinentur: ita doctrina Christi-
anæ unicum testiæ, unicus Canon est, Scriptura Sacra, ad quam
universæ exigenda & examinanda sunt. Etenim Scriptura Sacra, hic est
finis, ut sit Canon & regula Fidei. Secundum quam omnia dogmata sunt di-
indicanda, ut testatur Mose, Deut. 31. v. 26. ubi vult coram omni populo
recitari verba Legis, ut omnes audientes descant, & vult libros suos in late-
re Arce fæderis collocari, in testimonium contra incredulos, & eundem
librum vult Regi notissimum esse, Deut. 17 v. 19. tanquam Canonem pietatis,
ne inclinareret in partem dexteram vel sinistram. Nec tantum Scriptura
Veteris Testamenti ideo est consignata, ut Canon est doctrina: sed
etiam Novi Testamenti Scriptura, appellatione Canonis gaudet. Hinc
adeo factum, ut cum quidam Pseudoapostoli Circumcisiois necessitatem
gentibus obtrudere conabantur, tanquam ex Apostolicâ traditione: huic er-
rori cum occurrerent veillent Apostoli, congregata Synodo prima Jerosolymis,
non tantum sententiam suam memorie hominum certissimorum, Pauli Bar-
nabæ, Syle, & Judæ Barsabæ committunt sed ne vlla in mentibus hominum,
dubitatio relinqueretur, Epistolam insuper (que inter scripta N. T. prima
omnium videtur) addunt, quâ tanquam normâ certissimâ, questionem con-
traversam determinent. Sic Christus Salvator omnia dogmata, de quibus
vel concionabatur, veldiscipulis, Luc. 24. v. 25. 27. & 44. auditoribus suis,
vel disputabat cum Pharisæis, Legisperitis, Sadduceis, &c. Luc. 10. v. 27.
Mat. 22. v. 29. 31. Adeoq; cum ipso Satana A. ut. 4. ad hunc canonem indu-
cavit exigenda. Idem Apostolos facilitasse, testantur Acta Apostolica, te-
stantur illorum Scripta. Ad hunc Canonem perpetuo prouocauit pia &
orthodoxa Antiquitas, ceu ad normam Veritatis. Sicut Augustinus de uritate
Ecclesie. c. 3. scribit, inquiens: Non andiamus hec dico, hec dicis, sed andiamus:
Hec dicit Dominus, & addit. Sunt certè libri Dominici, quorum
Authoritati utrig; consentimus, utrig; credimus, utrig; seruimus, ubique
xamus Ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram. Quemadmodum &
Pijssimus

v. 4. 7. 10.

Præfissimus Imperator Constantinus in Synodo Nicæna à se convocata, Sacris Bibliis in medio positis, Evangelici, inquit, libri & Apostolici, nec non antiquorum Prophetarum oracula planè nos instruum sensu numinis. Proinde hostili posta discordia sumamus ex dictis diuini Spiritus explicaciones questionum. Inter etiam tamen non negatur inter Ecclesiæ consentientes post Scripturam sacram, alia etiam scripta symbolica venire appellatione. Canonis: velut inter nostras Ecclesiæ est Confessio Augustana eiusdem Apologia & Formula Concordie, quibus adiungimus Articulos Schmalcaldicos Catechismum Lutheri, Brenty: sed hinc vocabulum Canonis in multis duntur at seu devinovis, accipitur pro scripto, quod publico Ecclesiæ iudicio examinatum, & cum Scriptura undique congruere deprehensum est. In sublimi autem illa significatione, qua de Canone iuris tunc, & per se, ac respondeat seu certò & indubitate queritur, sola Scriptura Sacra Prophetica & Apostolica nomen hoc augustum meretur & obtinet. Sic Symbola illa iam olim in Ecclesiæ recepta, Apostolicum, Nicenum, & Athanasianum, ut & Ephesini ac Chalcedonensis Concilij Canones & Decreta libenter amplectimur & veneramur; nec tamen summe illi authoritati Scripturarum excequamus, vel quicquam sacris Literis preponimus: siquidem & ei Symbolo, quod Apostolicum vulgo dicitur, ideo habetur fides, quia constat ex scripto Apostolorum Verbo esse desumptum, & cum eodem undique congruere. Quod enim Apostoli ipsi tales velut Aphorismos conscriperint, indubitate demonstrari non potest, cum huius rei nec liber Actorum, nec Apostolorum Epistole, quicquam meminerint.

Id est Verum, quod primum.

Regula hac est D. Tertulliani: qua Authoritas, Veritas, Maiestas, & certitudo S. Scriptura incidissime nobis ob usum statem eius demonstratur, que alioquin magnificieri apud omnes non immerito solet. Exstant quidem adhuc reliquie veterum Historiorum de diluvio, de vita Patriarcharum, de Monarchiis, de progressione seculi, aliusq; consimilibus. Verum si quis eas cum Scriptis Mosis confrateret, deprehenderet, illos multè esse recentiores, ac solum Scripturam V. & N. Testamenti, quamquam non uno eodemq; tempore edita, sed tamen continuo tenore desfluentem & ad eundem scopum præfixū, (qui est Christus Salvator. Ps 41. v. 8 Act. 10. v. 43.) collimantem, veritatis lande gloriari posse ac debere. Hac namq; sola ab ipso Filio Dei in Paradiso, primis parentibus est tradita, hæc sola certum huius mundi exordium ad ipsum Deum indubitanter refert: hæc humani generis originem: hæc Regnum Imperiorumq; prima principia & successionem explicat, de quibus reliquorum Historiorum gentilium libri muti sunt.

D 2

Quanda

Theodore. lib.
1 cap. 7. Eccles.
fol. 359.

Lib. aduersus
paixeam: non
procul ab initio.

Quando autem de antiquitate Scripturarum loquimur, non intelligimus praecepit eam, quæ literis constat, sed doctrinam, quæ per manum traditionem ad Mosen usq; est propagata: quemadmodum vicissim nec illud, quod Antiquitatis nomine nobis commendatur, & obseruditur statim pro veritate esse acceptandum dicimus.

Possunt enim errores esse peruetusti, sicut omnes iste glossæ Pharisææ. Matth. 5. quibus lex Dei erat obscurata & depravata, sub antiquitis speciosissimo egregiè commendabantur, velut antiquis diebus, & ab his receptæ pro Sacro sanctis & authenticis: hinc Pharisæi obyicunt Christo nouitatem doctrinæ Marc. 2. vers. 6. & 7. quia scilicet cum traditionibus antiquorum à multis annis receptis & usitatibus non conueniebat Matt. 15 v. 2. Et Gentes Pauli doctrinam tanquam nouam reprehendunt & criminantur, eo quod Idololatriam suam, à multis iam annis usurpatam, antiquam & veram esse putabant. Act. 17. v. 18. Valeant ergo misericordie Pontificij Doctores, qui nostram religionem, non aliam novam, aut à nobis excoxitatam, sed eandem cum omnibus Sanctis Patriarchis, Prophetis & Apostolis, alijsq; Ecclesiæ luminibus, qui unquam fuere, à condito orbe communem, nouitatis accusare: contrà verò à se suisq; Antecessoribus, superioribus seculis excoxitatam religionem, & doctrinam, à Prophetica & Apostolica plus diuersis & non dissonantem, cultus commentitios, addo errores absurdissimos, Idolomaniam multiplicem, pro veteri Catholica & Apostolica (à qua tamen turpiter defecerunt) quasi totus mundus in tanta Euangely luce cecus adhuc sit, iactare & venditare pro sua meretricia fronte non erubescunt: cùm potius ea demum sint recipienda dogmata, quæ per veros Ecclesiæ Seniores, Prophetas & Apostolos nobis sunt tradita, super quorum fundamentum extructa est Ecclesia. Ephes. 2. v. 20.

Ecclesia est Columna & Firmamentum veritatis.

Regula hac proponitur à D. Apostolo Paulo, 1. Tim. 3. v. 16. de qua sic estimandum. Quod alia ratione Deus: alia ratione Ecclesia sit veritatis fundatuum. A Deo namq; qui est ipsa veritas, verbi divini authoritas πεπονισται & primario depedit: Ecclesia vero dicitur columnæ, quia suo ministerio veritatē Propheticis & Apostolicis libris comprehensam, tanquam fidelis custos custodit, & per manum traditionem ad posteritatem transmittit: ac suo testimonio confirmat. Quade causa S. Scriptura non super Ecclesiam, sed Ecclesia super fundamentum Apostolorum, Prophetarum superstructa assertur, Eph. 2. v. 20. Quin imò Ecclesia ad Scripturā ita alligata est, ut ne latum quidem vngue ab ea recedere ipfis sit, & si secus faceret, nec admonita praesertim

presertim ad obsequium rediret, grauiissime peccaret. Si am non amplius vera Ecclesia, qua Christi sponsa dicitur & vocem eius audit, sed malignum caterva & apostasie mater esset, falso scilicet testimonium depo-nendo. Et si vel Angelus de cœlo aliud Evangelium annunciarerit, quām prædicatum est Apostolis, Anathema sit. Gal. 1. v. 8.

Ego Evangelio non crederem, nisi me Catholicae
Ecclesiæ commoveret authoritas.

Aphorismus hic legitur apud D. Augustinum, cuius verba dextre sunt accipienda. Non enim sacra Scripturae autoritatem detrahit, quasi nullam adhibere velit fidem verbo Dei in Evangelio tradito, nisi Ecclesia suum addat calculum, ita ut hec sit sententia: Ego credo Evangelio propter Ecclesiam, & non quia est verbum Dei, quod ne per se frim quidem somniauit Augustinus. Verum hoc sua sententia hoc vult & docet, se, (cum scilicet esset Manicheus, & adhuc nondum credebat) primū auctoritate Ecclesiæ magno consensu scripta Prophetarum & Apostolorum commendantis ad credendum invitatum & excitatum fuisse, quo nomine etiam testimonium illius opportunum inquirende veritatis Exordium appellat. Fatiemur enim Ecclesia testificationem esse admiculum & Hæggen, qua ad fidem Evangelii quodammodo excitat hominem, preparat, adducit & commovet, eiq[ue] suadet, ut verbum Dei audiat, legat & meditetur, ut legimus de quibusdam Samaritanis in Christum creditibus propter verbum mulieris. Ioan. 4. v. 39. Ut autem in corde suo illi firmiter assentiat, solus Spiritus sanctius sua illuminatione, convictione, per motione & persuasione prestat. Quin imo Augustinus sacra Scripturae autoritatem Ecclesia adeo non postponit, ut potius illam scripturam in summo celestis auctoritatis culmine collocet, sic scribens: Non oportet de tam sublimi auctoritate judicare, nego, de ipso libro tuo, etiam si quid ibi non lucet, quoniam submittimus ei nostrum intellectum, certumq[ue] habemus, etiam quod clausum est aspectibus nostris, recte, veraciterq[ue] dictum esse. Sic enim homo, licet iam spiritualis & renovatus in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creavit eum, factor tamen legis esse debet, non iudex. Et rursus: Audi dicit Dominus, non dicit Donatus, aut Rogatus, aut Vincentius, aut Hilarius, aut Ambrosius, aut Augustinus, sed dicit Dominus. Observatione etiam non indignum est, quod Gerson docet, Augustinum in hac sua regula per Ecclesiam intelligere primam congregationem fidelium eorum, qui Christum viderunt, audierunt, etiug[ue] testes extiterunt, quam matricem & originalem Ecclesiam appellat Tertullianus. Quapropter Scriptura sacram suam

Contra Epist.
Manichæi
cap. 5.

Lib. 13 confess.
cap. 23 non pro-
cul ab initio.

Epist. 48. ad
Vincentium.

De vita spiritua-
li anima lect
corollario 7. cit
ca medium.
Lib. de presfe
ptionibus ali
vetus haricces,

Luc. 2.

obtinet authoritatem, dignitatem & certitudinem principaliter *præter*, & simpliciter ex se, quia immediate ab ipso Deo est profecta, & per se, est auctoritas ab Ecclesia vero tanquam à teste, qui deponit ea, que vidit & novit de Scriptura. Id quod declaratur exemplo: Ioannes Baptista, testabatur de Christo, cum verum & promissum esse Messiam: propriè igitur loquendo Christus, περτος & simpliciter non fuit Messias, ob hanc causam solam, quia Baptista testatus est: Nam iam ante ex nativitate erat Messias, et Isiae plerique, Pharisæi, Sacerdotes & Scribe eum pro Messia agnoscere noluerunt. Ad eundem modum Scriptura sacra certa, vera & indubia vox Dei est, primò & principaliter proprie Deum. Authorem: de qua voce restatur Ecclesia approbans. cognoscens & amplectens illam. Et si maximè Ecclesia sacrae Scripture nullum daret testimonium, imo si (quod absit) totius mundus damnaret sacra littera, tanquam fanaticas: non tamen inde concludi posset, eas à Deo non esse, aut divina sua carere auctoritate, sicut nec ideo Deus non est Deus, quod impii Epicurei in corde suo dicunt: Non est Deus. Psalm. 14. vers. 1. Addo & hoc, quando in Articulis fidei, ut & in aliis utimur, Parrum Ecclesia testimonius, id non ob eam fieri causam, quasi sentiamus, Scriptura sacrae testimonia non sufficere ad nostram religionem confirmandam, nisi illorum quoq; accedit auctoritas: Verum ne veteris Ecclesie testimonio destitui videamus, ut planum faciamus, semper pios & doctos aliquos extitisse, qui nobiscum senserunt. Ad consensum ergo illorum provocare licet, si scripta eorum sacris literis convenient, si dissentiant, testimonium ipsorum repudiandum est. Ecclesia enim non est magistra fidei & religionis, sed tantum testatur de veritate & voce sui sponsi, quæ si expressa non est, testari non potest, nec vales eius testimonium contra vocem sponsi in sacra Scriptura sonantem. Turpiter ergo Pontificia cohors errat, dum ex loco hoc Augustini perperam intellecto, Ecclesia auctoritatem longè Scriptura Canonica præsent, & hanc ab illa suam habere auctoritatem, asserit, quasi deserat Scripturam, valere eam, quantum Aësopifable. Quidquid in Scripturam divinam posset dici contumeliosus?

Hosius adversus
Erenzium lib. 3.
tom. 1. operum.
pag. 510.

Quicquid præter Scripturam Ecclesiæ obtruditur, illud etiam contra Scripturam pugnat.

Desumptum est hoc Axioma ex generali prohibitione Dei, quaque quam addi suis præceptis minime vetat. Deut. 4. v. 2. & cap. 12. vers. 32.
Vanum

*V*anum ergo est npxo Dñjel. Papistarum de traditionibus non Scriptis Apostolorum, quasi Apostoli multa doctrina capita tanum vivâ voce tradiderint, de quibus nihil omnino sit scriptum, que par i pietatis affectu cum ipsa Scriptura veneranda esse consingunt, ac Ecclesie fraudulentem obirudunt.

Quicquid non est certò Apostolicum, id meritò repudiatur.

Innititur hoc axioma verbis Pauli ad Galat. cap. 1. v. 8. *Quod si vel Angelus de celo aliud Evangelium annunciarerit, Anathema sit.* Cùm namq. Apostoli omnia que ad eternam nostram salutem consequendam necessaria sunt, literis & scriptis commendarint, posteritatiq. trahiderint, ut omnis homo perfectus sit ad omne opus bonum instruetus, merito eadogmata, de quibus dubitatur, an ab ipsis profecta sint repudiantur, & tanquam adulterinae rejeciuntur. *Hinc idem Apostolus Paulus 2. Thess. ultimo cap. v. 17. ne dubitarent de ea Epistola, eam his verbis concludit:* *Salutatio mea manu, quod est signum in omni Epistola: quas dicat, ex qua subscriptio potestis judicare, quid à me scriptum vel non scriptum sit, si à sc̄ibo. sicut corām videntis.* Quare cùm sub nomine Pauli quidam impostores spargerent adulterinas Epistolæ, potuit primitiva Ecclesia veras à suppositiis hac nota dignoscere, quod Apostoli Pauli manum vel ipsa tota Epistola, vel in subscriptione & salutis adscriptione manifeste ostenderit.

Idem iudicium esto de 84. Canonibus Apostolorum, quos Pontificij crepan, & ab ipsiusmet Apostolis non scriptos, sed viva voce traduox, verū à Clemente primo in literas relatos nugantur. Quibus tamen nihil uspīam incertius est, imo certissimum, ab Apostolis eos profectos non esse. Id quod styl̄ diversitas operose demonstrat. Siquidem Canones illi non Apostolorum veterem, sed recentiorem & Pontificia nomenclature non absimilem stylum redolent, quod appetet ex appellatione Ministrorum Ecclesiæ, qui subinde nominantur Clerici, cum quidem in Scriptura Apostolica ne semel quidem ita nominentur. Nam quod de Clero habet Petrus 1. Epist. 5. v. 3. ad totam pertinet Ecclesiam, & juxta Petrinam, descriptionem, Christiani simul omnes sunt Clerici, quippe in formam sanctorum descripti, & in Domini hereditatem asciti: Patet id ipsum ex rebus, siquidem in iis Canonibus Pseudoapostolicis nullus est sermo de Caen. 2.
oblatio-

rin
bu
sa
ri
Pr
di

an
lā
eje
cogn
Cor
rī
cam
puE
plac
plat
sed
salv
E
non
in
Se
n
r
1

Articulus primus

30

Dicitur. 15. c.
sancta Roma-
na, &c.
Iudorū dist. 16.
c. Canones,

oblatione, de altaribus, de oleo, de luminibus tempore oblationis accensis, de thymiamate, &c. cum temporibus Apostolorum in Ecclesia Christiana, nec oblatio illa missatica, nec alianunc enumerata nullo in usu fuerint. Quid? quod ipse Pontifex Gelasius palam inter Apocryphas scripta eos refert, ac reputat quod probè notandum est. Quæcum ita sint facile iam cuiq; promptum est colligere, traditiones Apostolorum nomine factas & sub titulo verbi non scripti venditatas, meritissimo iure repudiari posse.

Sacra Scriptura est Judex omnium controversiarum.

Judicem alias intelligimus, non qui judicet de Scriptura, sed qui de vero sensu Scriptura & controversia Ecclesiasticis judicet secundum Scripturam. De presenti verò axiome sic judicandum. In principalissima significatione, D E V S sive Christus, cui omne datum est judicium, Ioan. 5. v. 22 seu etiam Spiritus sanctus (sunt enim talia toti Trinitati communia) est controversiarum omnium Index supremus. Spiritus sancti enim officium est, mundum in lumen arguere & judicare de peccato, de justitia, de iudicio, Ioan. 16 qui in Scripturis Canoniceis nobiscum loquitur, à quo solo Iudice est pendendum, & a quo appellare non licet. ut pote qui in sententiā dicenda non fallit. Quia verò Deus Pater, Christus, ut & Spiritus sanctus, non sine verbo revelato suum hoc munus ēλεγκτον & iudiciarium exequitur, sed mediante verbo, eoq; vel predicato, vel per Prophetas & Apostolos in literas relato: idcirco significatione secundaria recte & orthodoxe statuitur, Scripturam sacram esse verum & competentem Iudicem omnium controversiarum, in causis religionis ac fidei ortarum. Sic Prophetæ sunt iudices, sic Apostoli, non solum in presenti isto seculo, cum secundum illorum scripta fertur sententia, sed etiam in futuro & novissimo iudicio sedebunt super sedes, iudicantes 12. tribus Israël, quod secundum illorum scripta Filius Dei finalē dicturus sit sententiam, & inter partes pronuntiarurus. Hinc eorum scripta appellantur iudicia Domini. Psal. 19. v. 10. & 119. v. 39. 52. 75. 102. &c.

Firmitas huius distinctionis demonstratur ex collatione testimoniorum Scriptura hoc pacto: Quando queritur, quis sit in novissimo die futurus Index vivorum & mortuorum. Respondet Paulus, Christum fore Iudicem, Act. 17. v. 31. nimurum Iudicem καὶ ἔξοχὸν sic dictum. Respondet verò & Christus, Ioan. 12. 48. Qui rejicit me, nec accipit verba mea, habet qui judicet ipsum. Sermo quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die.

Par

Pariratione Aet. 15. v. 28. Controversia de observatione ceremoniarum Mosaicarum deciditur: Vixum est Spiritui sancto & NOBIS. Quibus verbis Apostoli summum Iudicem controversie motu agnoscunt Spiritum Sanctum in Scripturis loquentem, cui se subscribere profitentur. Non ergo pugnant inter se haec propositiones. Deus est Index: Christus est Index: Prophetæ & Apostoli: Sacra Scriptura sunt Indices. Hoc enim sunt subordinata, quæ si invicem exactè conveniunt.

2. Hactenus de summo Iudice. Dicitur & inferior Index esse, qui auctoritate non solum dispar, sed longissime inferior est summo Iudice. Isq; est: vel privatus vel publicus. Index privatus esse potest, immo debet esse unusquisq; fideliūm, sive pastorum, sive auditorum, ut pro se recte cognoscat quamvis doctrinam, ne decipiatur, decipiatur, ut patet ex 1. Corinth. 10. vers. 15. 1. Joan. 4. vers. 1. 1. Thessal. 5. vers. 21. Index inferior publicus est, qui publicam vocationem & auctoritatem habet, iudicium exercendi. Isq; vel unus sigillatum esse potest, ut Pastor, vel Episcopus Ecclesie, vel Doctor, Professorve Theologia, ut in disputationibus. Vel plures conjunctim, cum causa difficultor vel perplexior reddita requirit plurimum legitimam vocationem habentium, non tantum Episcoporum, sed etiam aliorum peritorum Christianorum, qui doctrinam & experientiam valent, & sensu exercitatos habent, cuiuscunq; ordinis erunt, cognitionem & decisionem solenni processu recte institutam. Quorum tamen iudicium non est potestatis, sed interpretationis, judicare enim debent, non ex suo ingenio consilii opinionibus sententiis novis, aut dogmatibus: sed ex sacra Scriptura, & secundum eam pronunciare. Sic decretum Nicene Synodi, de consubstantialitate Filii Dei amplectimur, recteq; damnatum Arrium judicamus, & Deo gratias agimus pro determinatione: sed non propter Synodi iudicium credimus, verum, quia id è Scriptura sacra probaverunt, cum cuius consensu perpetuo id Synodi iudicium congruit. Decretum verò Concilij Constantiensis, (ut & pleraq; Tridentina Synodi) de altera parte tantum Cœna Dominicæ Laicis porrigena, ut impium & sacrilegum non recipimus, sed damnamus, quod manifestè cùm sacra Scriptura & Christi institutione pugnat. Hec, quæ dicta sunt, innihilum redigunt putidum cavillum Romanensem, qui sacram Scripturam iudicem esse pernegant: in primis vocem sceleratam Bellarmini grannientis, in omnib; Republica bene instituta & ordinata legem & Iudicem distinctas res esse. Legem enim docere quid agendum, & iudicem interpretari legem & secundum eam homines dirigere: Quasi verò non etiam lex suo sensu possit ac soleat dici Index civilium controversiarum. Imo ei iudicii, (qui non est legislator

Sess. 13.

Lib. 3. de Verbo
Dei cap. 9.

gislator) non prius in sua interpretatione creditur, quam inspecta lego. quatenus ipsius interpretatio cum textu legis congruere deprehenditur.

Scriptura Sacra est sufficiens & perfecta.

Primaria huius Aphorismi sedes continetur in dictis Scripture, Psalm. 19. vers. 8. Roman. 15. vers. 4. 2. Timoth. 3. 16. qui perspicie declarat, ac demonstrat, Scripturam undiquaque perfectissimam ac sufficientissimam esse, ad consequendum agnitionem Dei, & voluntaris ipius erga nos, ad proponendum sanam doctrinam, ad praestandum interiorum Dei cultum, fidem & pietatem: ad administrandum Sacra menta, refellendum errores, cum ea pugnantes, & bene informandum vitam hominis, ut & ipse perfectus sit in O mni opere bono. Sive enim docere velimus rudiores, sive arguere contradicentes sive corrigere errantes, sive erudire in iustitias pios velimus: satis materiae. satis Argumentorum, exhortationum, admonitionum, consolationum satis. & quicquid tandem spiritualis exercitii & Pietatis conatur, omne istud Scriptura sacra abundantier nobis suppeditat: adeo ut nulla exortatio vel unquam exori possit tam monstrosa, intricata & adocet heresis, qua non iam dudum in Scriptura sacra sit disuicata. Quia certe res admirandam Scripturarum perfectionem planissime evincit. Lices vero paulatim Novi Testamenti scripta prodierant, tamen Deo rem mirandam prouidentiam gubernante eo usq; & tam diu in Ecclesiis reservata sunt, donec integrum & perfectum corpus doctrina Christiana constituerint. Et de suis quidem scriptis Lucas inquit Lut. 1. 3. se omnia diligenter asecutum esse, eaq; lucis mandare velle, ut Lector doctrine apostolicae consequatur: & Act 1. vers. 1. se in historia Evangelica scriptisse de Omnibus, qua Iesus coepit facere & docere. Esi enim non omnia Christi dicta & facta scriptiene complecti potuit: iam de Omnibus scriptis ea, que necessaria iudicavit, ut Ambrosius & Chrysostomus locum hunc illustrant. Iobannes quoq; qui post omnes Apostolos scriptis Evangelij historiam, scriptio nis sua finem manifestis verbis proponit. Cum enim nonnulli post obitum Apostolorum, Ecclesiam turbarent novis doctrinis, tanquam a Christo traditis. & viva voce ab Apostolis propagatis, & non omnia Christi dicta & facta tribus Evangelistarum: libris contineri dicerent, ut testatur Ensebius lib. 3 cap. 24. Iobannes ex Pathmoreversus. Ecclesiarum postulationibus excitatus, ea, que in reliquorum Evangelistarum historia non erant consignata, potissimum seribenda duxit, imprimis vero plurimas Christi Conciones, ab aliis o-

missas.

missus consignavit. Ac ne hoc preextum, quasi multa Dominus dixisset, quae scripta non sunt, denno Ecclesia turbaretur: Evangelicam historiam, non tantum suam, sed etiam reliquorum Evangelistarum, quorum scripta legit & approbat, sic concludit, ut quidem alia multa, que Iesus fecit, non scripta faveatur. Hec autem, inquit, scripta sunt ut credatis quod Iesus est Christus Filius Dei, & credentes vitam habeatis eternam. Quod vero concernit illos libros, quos vel in iuriis temporum, vel incuria hominum, tam ex Novo, quam Veteri Testamento periisse constat: Ut sunt concio Enochii, Epist. Iude vers. 14. Liber bellorum Domini. Num. 21. vers. 14. Liber Iustorum Ios. 10. vers. 13. Liber Nathan Prophetae. 1. Paralip. 29. vers. 29. Aise Silonitis. 2. Paralip. 9. vers. 29. Se meie. 2. Paralip. 12. vers. 15. Addo 2. Paralip. 13. vers. 22. Liber Iehu. 2. Paral. 20. vers. 39. Hozai. 2. Paralip 33. vers. 19. Mille & quinq; Can tica Salomonis. 3. Reg. 4 32. Literæ Elie ad Iorem allata. 2. Paralip. 12. vers. 12. Prima Pauli Epistola ad Corinthios 1. Corinth. 5. vers 9. Et plurima Christi conciones. Iohan. 21. vers. 25. dicimus eos libros duntaxat Spiritum sanctum ad constitendum Scripturæ Canonem servatos voluisse, quos ad firmandam doctrinam veritatis, & Ecclesiæ formam constitundam viderat esse necessarios: Reliquos autem, qui vel in usum certarum quarundam Ecclesiarum, peculiariter scripti erant, vel illis temporibus potissimum in serviebant, interire passi sunt, tum ne Ecclesiam multitudine librorum gravaretur, tum ut curiositati humanae, modus statueretur, in investigandis iis, quorum cognitio posteris seculis minus futura erat neces saria. Constat hinc, quid de accusatione Pontificiorum, qua Scripturam imperfectam, mancam, inutilem esse: neg. in eâ omnia ad salutem necessaria esse calumniantur, sit sentendum. Id nimirum, quod Ireneus de sui temporis hereticis pronunciavit: ipsos dum ex Scripturis suorum errorum se convince vident, in ipsarum Scripturarum criminationem descendere.

Lib. 3. cap. 2. f. 1.
tim ab initio.

Solus Deus est Scripturarum suarum.

Interpres.

Accurate ex Sapientum decreto distinguendum inter ea, de quibus distinctè est loquendum. Nam hoc etiam est dogma pœn. 2. Tim. 2. v. 15. quod & in hoc Axiomate locum habet.

Interpres igitur Scriptura sacra vele est. 1. Summus & absolutè au thenticus, ipse Spiritus sanctus, Scripturæ Author & Dominus. 1. Cor. 12. v. 10. 11. qui promulgavit eam, ac non solum eam exponit & interpretatur, non

E 2

alienis

Articulus primus.

34

alienis sive peregrinis, sed suis ipsius verbis in illis propositis: Verum etiam divinam hanc veritatem in piorum animis efficaciter confirmat & obsignat. Idq; vel immediate, nempe per inspirationem 2. Pet. 1. vers. 20. & 21. quo modo IPSIS Prophetis & Apostolis divinam doctrinam revelavit. 2. Vel immediate, nimis rumpere Prophetas & Apostolos Legatos suos peculiariter ad hoc officium vocatos, ut voluntatem Dei NOBIS hominibus exponerent. 2. Corinth. 5. vers. 20. Luc. 10. vers. 16. Matth. 28. vers. 20.

2. Vel Interpres Scriptura est subordinatus sive ministerialis, qui ad normam divinitus prescriptam, sacras literas exponit, verum & genuinum earum sensum proponit, a quo si discedat, officio suo excidit, & boni interpretis nomen amittit. Qui Interpretes ministeriales, sive Ecclesiastici, sunt vel publici vel privati: Publici sunt, quibus officium docende & interpretande Scriptura legitimè ab Ecclesia est demandatum: quales sunt Episcopi, Pastores, Presbyteri; Ephes. 4. vers. 11. Roman. 12. vers. 6. 1. Corinth. 12. vers. 10. Actor. 20. vers. 28. 1. Timotheus. 3. vers. 2. 5. 2. Tim. 2. v. 2. Tit. 1. v. 5. Hinc non habent absolutum magisterium, sive pratorum potestatem pro suo arbitrio Scripturas ex proprio capite interpretandi. Omnis enim Scriptura Propheta propria interpretatione non sit. 2. Pet. 1. v. 20. Sed prescriptam divinitus regulam ubiq; servari oportet, qua iubet interpretationem esse fidet Analogam. Rom. 12. v. 6.

Privatos dicimus. Scripturarum Interpretes, qui privatim sacras literas legunt & meditantur, vel etiam alius privatim exponunt, familiaribus & domesticis: id quod est piorum Patrum familiis officium vere sanctum, Deo gratium & Ecclesie domesticae officiente utilissimum: Deut. 6. v. 7. & cap. 11. v. 18, 19. Psal. 78. v. 5. 6. Eph. 6. v. 4. 2. Tim. 1. v. 5. & cap. 3. v. 15. Tit. 2. v. 2. & 3.

Nosat hoc Axioma Romanensium temeritatem & impudentiam, qui interpretationem Pontifici Romano cum Concilio (qua Ecclesiam ipsi appellant, ubi certò inveniatur Spiritus sanctus) subjiciunt, nec non Patrum explicationibus, sine quorum approbatione seu confirmatione nulla valeat interpretatio, qui non raro tamen & a seipsis & ab invicem discrepant: cum potius ad ipsarum Scripturarum Analogiam omni Scriptura interpretanda, & utrum Spiritus ex Deo sint, diligenter explorandum sit. Quid? quod ne ipso Pontifici ne verbum quidem in sacra Scriptura invenire possunt, quo Pontificem cum Concilio esse Scriptura Interpretem, exceptione maiorem & omnino infallibilem probare conantur. Allegant quidem locum Exod. 18. vers. 13. de Mosis officio

2. Sam. 23. v. 2.
& 3.
Heb. 1. v. 1.

officio & authoritate, sed istum demum congruit ad Papam Romanum, ubi probatum dederint, hunc illi & vocationis extraordinarie ac Prophetice dignitatis & caelestium patefactionum luce parem esse. Quam equalitatem ad Graecorum Calendas Jesuita sunt ostensuri: Cum Pontifex, nec Propheta Dei sit, nec Deus ipse me familiariter ei appareat: ut immediate tanquam Amicus Amicum instruat: Et quod amplius est, si Pontifex Romanus debet esse Iudex exemplo Mosis, tum Concilium, quod Pontificij Romanenses adiungunt, evertitur, quia solus Moses indicabat, ut patet ex. c. 18. Exod. v. 13. donec consilio saceri alios etiam iudices constituit, qui tamen non congregabantur in Conclio, quoties iudicandum erat, sed singuli sua tribus & partis populi causas cognoscebant.

Interpretatio Scripturae.

Interpretatio Sacre Scripturae, est veri & genuini sensus Scripturae explicatio, ad evidentem Ecclesie usum. 1. Corinth. 14. v. 3. 4. 5. & vocatur a Paulo Propheta Rom. 12. v. 6. a Petro ad Corin. 2. Petr. 1. v. 20. Cuius interpretationis sunt partes. 1. Explicatio veri & genuini sensus, cum verborum explicandorum sententiam verbis aliis, sed clarioribus, aut saltem illorum, quos docemus captui magis accommodari ostendimus. Sicut Paulus 1. Cor 15. v. 25. facit, ubi Phrasin Psalm. 110. v. 1. Sedere ad dextram Dei, declarat verbo Regnare. Qui sensus Scripturæ verus, proprius ac genuinus est unicus, isq; literalis, hoc est, qui ex ipsa litera, seu ex ipsis verbis rectè intellectus, sine proprio, sine tropicè sumptu nascitur. Et est duplex: vel simplex vel compositus. Simplex est, qui plurium partium est expers, ut horum verborum, Dominus Deus tuus, Deus unus est: quorum simplex est literalis sensus. Literalis sensus compositus est, qui ex figura & figura veritate constat. Hic est in omnibus illis locis, in quibus sub typo aliquo Christus describitur, ut Ose. 11. v. 1. Ex Aegypto eduxi filium meum. In hoc dicto Filius non populum modo Israeliticum, sed & Christum significat. Cuius veri & genuini sensus expositio fit, tum consideratione loci explicandi per se, tum collatione eius cum alii. Consideratio loci explicandi per se, duas habet partes, interpretationem rerum, & interpretationem verborum. Interpretatio rerum est, quando intentio & mens textus explicatur, secundum normam ac regulam Scripturae Canonice. Interpretatio verborum est, cum voces obscuræ vel peregrinae & ambiguae populariter explicantur, ut ab auditoribus rectè intelligi possint. Quae interpretatio vocum vel singularum, vel coniunctarum est. Singularum qui dem vocum, ut si vox aliqua obscura vel peregrina sit, aut multæ significationes habeat, tum

enim necesse est ostendere, quānam significacione in presenti loco sit accipienda: Earumq; vel propria significatio est retinenda, vel accipienda Tropica. Propria significatio vocum est retinenda, si circumstantiae textus & fidei Analogia patiuntur, vulgo appellatur, τὸ πνῶν, ut in verbis institutionis Cœnæ: Hoc est Corpus meum: Hic est Sanguis meus. Tropica vocum significatio est accipienda, si circumstantia & fidei Analogia non admittunt, ut voces propriè intelligantur, id est, quando interpretatio vocum secundum ipsarum propriam significationem impingit in aliquem articulum fidei, aut in manifestum Scripture locum, aut absurditatem in Theologia parit. Vulgo appellatur Αγίον αἷμα, seu sententia, per Synechdochēn. Interpretatio vocum coniunctiarum, est explicatio phrasium obscurarum vel peregrinarum aut ambiguarum. Collatio loci explicandi cum aliis est itidem duplex: vel est locorum collatio consentientium, vel in specie pugnantium. Illa fit, cum loco qui explicatur comparantur alijs, qui cum ipso consentiunt, ut si obscurior est, ex aliis aperi toribus declaretur, vel maioris evidentiæ gratiâ, allatis similibus locis il lustretur. Hec scilicet collatio locorum in specie pugnantium est, cùm loci Scripture cum eo, qui explicandus est in specie pugnantes conciliantur, & secundum plures consentientes unus declaretur, ut perpetuus Scripture sensus restringatur. Altera interpretationis Scripture pars, est applicatio eius ad usum Auditorum. Idq; vel ad Theoricum vel ad Practicum. Vsus Theoricus pertinet ad cognitionem veritatis vel falsitatis in dogmatibus: isq; duplex est: Confirmatio verorum dogmatum; & confutatio fal sorum. Applicatio textus explicati ad usum practicum fit, cùm ostenditur, quomodo præsens textus seruiat tūm ad correctionem, tūm ad institutio nem in quoniam vita genere publico & priuato, in Oeconomia, Ecclesia & Politia.

Omnis prophetia fidei esto Analoga.

Tradit hanc Regulam D. Paulus, Rom. 12. vers. 6. rectam rationem Scripturas interpretandi monstrans. Per Prophetiam autem hoc loco non intelliguntur vaticinia de rebus venturis, sed Sacrae Scripture interpretationes, ut ex 1. Cor. 14. v. 29. videre est: Prophetæ duo aut tres loquuntur, cæteri iudicent. Sic vox fidei in hoc dicto non significat fiduciam gratia & misericordia Dei propter Christi meritum conceptam: sed designat doctrinam seu religionem Christianam, eiusq; integrum corpus. Analogia uita tè proportionem seu rationis congruentiam notat, & hic sumitur pro constanti harmonia & perpetuo consensu omnium articulorum religionis Christianæ

ffiane: quenihil aliud est, quam simplex textus Catechismi Christiani, cuius sex capitula sunt nucleus, medulla, & quasi animal librorum sacrorum, quia in his omnia continentur quae homini ad eternam salutem cogniti necessaria sunt. Sparsum in S. S. comprehensa. Est ergo omnis Scripture interpretationis, tum consona & Analogia fidei Christiane, quando cuiusvis loci explicatio talis est, que idiorum systema doctrinae Christianae exinde congruit, & in nullum Fidei articulum, aut expressum Dei Verbum impingit. Cum enim idem sit Author omnium librorum immediatus, Spiritus scilicet sanctus, fieri nullo pacto potest, ut sibi ipsi (ut poterit ipsa Veritas) contradicatur, quare nec interpretatio eidem aduersari debet. Quare literalis sensus semper & ubique, primo loco tanquam nobilissimus erit debet, quia is solus certas & perspicuas partis sententias: solus ad docenda & confirmanda dogmata religionis argumenta summa suppeditat: solus adhortandum, debortandum & mouendum valet. Rejecitur ergo peruersa eorum ratio, qui dicta Scriptura non ad Fides sed ad rationis humanae lanceam exigunt: quam tamen in obsequium fidei captiuandam esse Spiritus Sanctus monet. 2. Corint. 10. vers. 5. Nec minus culpanda est eorum peruersitas, qui tantum ad unum membrum religionis Christianae respicientes aliqua non minus necessaria credenda carent, & in peregrinam sententiam detorquent, pretertextu huius Analogias, quales multe reperiuntur apud Pontificios, egregios Scripturarum Interpretes. Exempli gratia. Ecce duo gladii hic, id est, Pontifex Romanus habet administrationem utriusque gladii, Spiritualis & Politici. Sic Psal. 8. v. 8. Deus omnia subiecit sub eius pedibus, hoc est, Romani Pontificis: Pecora campi, id est, homines viventes in hac terra: Pisces Maris, id est, animas in purgatorio: volucres Cœli, id est, animas Beatorum, quas per Canonisationem Papa potest adorandas proponere. Sic olim in Papatus spiritali Sacrificuli ad stabiliendum cœlibatum, & libertatem scortandi propugnandam dictum Pauli ad Tit. c. i. v. 6. (Episcopus sit viuis uxoris Vir) huc coacte retrorquebant, exponendo: Episcopus habeat unam tantum præbendam. De his scribit Hosius Cardinalis: Si quis habet interpretationem Romanæ Ecclesiæ de loco aliquo Scripturæ etiam si nec sciatis nec intelligatis, an aut quomodo cum Scripturæ verbis conueniat, illum tamen habere ipsum Verbum Dei. Patiamur sane gentem Papisticam turpem istam servire servitatem, ut omnia Papæ & curie ac somnia prodigiis habeat, & exosculetur miraculis. Nos eam non diuina Auctoritate, non ratione, non experientia, sed mera Tyrannide atque insolentianisti, intrepide affirmamus.

Extrauagant:
Commun. lib. 1.
Tit 8 c. 1. de ma-
ioritat. & obe-
dientia.

De expressio Dei:
Verbo.

Dicitur.

Articulus primus

Distribuite tempora & concordabit Scriptura.

Lib. de Verbis
Domini serm.
16. post mediū.

Est & hec sententia D. Augustini, quae in Scripturarum interpretatione temporis circumstantiam exprimit quando & quo tempore aliquid sit dictum vel factum: quod & ipsum in Scriptura obseruare, magnam eiū interpretationi afferat lucem. Et licet Scriptura sēpē sibi contrariari videatur, si tamen circumstantias temporum considerabimus, exactissimē sibi constabit, præsertim cū Deus respectu diversorum temporum, quibus alij atq; alij vixerunt homines, alter atq; alter locutus sit, licet in seipso sine tempore existat. Vt. primum seculum potuit sola traditione Verbi Dei permanens absq; Scriptura contentum esse, post tempora Mosis non isem. Quia in re Pontificij graueriter impingunt, argumentantes à tempore ante & post diluvium ad nostra tempora. Cum certum sit, homines illius temporis suisse viuaciores, necnon Ecclesiam in una aliqua familiatantum floruisse. Sic ante Legem promulgatam paucissime fuerunt ceremonie, post illam quam plurime datae. Sic joan. 8.v. 58 ait Christus: Antequam Abraham esset, ego sum: distingue, secundum Deitatem. Eo namq; tempore nondum incarnatus erat Christus. Sic Christo in tempore data est nōc ēcclio, intellige secundum humanitatem: diuine enim naturæ dari in tempore nihil potest. Similiter in primitiva Ecclesia habuerunt Christiani bona communia, non quidem ex ullo precepto, sed temporis iniuria & necessitate impulsi: Hoc cum Anabaptiste omnibus accommodent temporibus & vniuersis Christianis tenendum assirment, in tetros errores incident. In hunc modum controuertitur inter nos & Pontificios de Abraham, an iustificatus sit fide, an verò ex facto, cum vellat immolare Filium Iсаacum. Lis dirimi potest observata temporis circumstantia. Nam Gen. 15.v.6. legitur, eum, quam primum eductus fuerat ex Chaldea, fide iustificatum esse, que illi ad iustitiam fuerat imputata, filio Iсаaco quidem promisso, sed nondum nato & educato. Tale de ceteris est fereendum iudicium, que diligent consideratione temporum possunt conciliari.

De quo quis dogmate ex propriis sedibus iudicandum est.

Ex propriis sedibus, hoc est, non ex peregrinis, sed ex illis locis, ubi dogma religionis ex professis & plenè fundatum pertrahatur, sunt argumenta proferenda, que debent esse homogenea questioni & analogica, ad quam probandam illa adhibentur, ut patet ex regula Logices n. d' ai. id est inuestigandi sunt veri fontes, hoc est, loci primarij & proprij cuiusq; doctrine, nece ex

nec ex quo quis dicto, quod quis dogma inferendum. Sic Saluator decidens questionem matrimonialem à Pharisæis allatam de iure diuortij. Matth. 19. v.
 4. &c. Respondet eis ex propriâ eius & genuinâ sede, in qua de eo ex professo agitur, ac Coniugij institutio describitur, Gen. 1. v. 27 quos ultius instantes ex lege Deut. 24. v. 1. v. 8. & 9. Matth. operose distinguendo conuinicit. Sic Apostolus Paulus de cœna Dominicâ differens 1. Cor. 11. v. 23. Corinthios suos ad solennem huius Mysterij institutionem revocat, atq; hinc omnem dijudicationem articuli huius esse petendam, evidenter declarat. Pater ex hac regula, quam turpiter hallucinentur primò Pontificij, qui in disputationibus presertim de iustificatione declinant et loca, quibus ex professo materiam illam Paulus pertractat, atq; interim aliunde conquirunt dicta, que nihil pro sensu de questione proposita agunt. Secundò arguuntur Calviniani (omissis aliis, que adduci possent) quando cap. 6. Ioannis, sedem Mysterij Cœna Dominicæ constituant, cum tamen Cœna Domini instituta demum est ea nocte, qua Dominus Iesus est traditus, 1. Cor 11. v. 23. Cum contra Concilio Ioannis 6. descripta multò ante sit habita. Ergo pro sede huius Sacramenti non potest censeri, sed ex verbis institutionis, tanquam proprio domicilio, disputatio isthac expedienda est.

1. Effata Scripturæ obscuriora sunt illustranda
ex clarioribus.

2. Nullum est Christianæ religionis caput, quod non
alicubi proponatur in Scripturis propriâ
& perspicuâ oratione.

Confitetur D. Petrus 2. Epist. 3. v. 15. quedam esse intellectu difficultas in Paulinis Epistolis: sicut & in Prophetis & aliis Scripturæ locis, tum propter phrasin & genus dicendi intricatum, tum propter Mysteriorum profundates nonnulla obscuritas occurrit, que uberiori tractationem requirit, Verum illa obscura semper ex clarioribus possunt & debent illustrari, non quidem proprio ingenio sed Spiritu Sancti auxilio, qui nobis orantibus & pie scrutantibus per alias manifestiores sententias, verum ac genuinum sensum clare ac immediate aperit, eumq; occultè sed efficaciter in cordibus nostris confirmat. Exempli gratia: Apostolus Jacobus c. 2. v. 21. asserit, Abrahānum operibus iustificatum fuisse. Locus obscurus est, & Papistis favere videtur. Vnde ergo verum horum verborum sensum sciemus? Comparandus scilicet hic locus est cum secundo versu capituli

quanti ad Romanos, atq; ita facile, quomodo hic locus intelligendus sit; apparebit. Paulus enim ibidem loci disserit aut: Abrahamum ex operibus iustificatum non esse: quia quum haberet, quod gloriaretur. Atq; de operibus, quae secuta sunt vocationem Abrahæ, locutum esse Apostolum Paulum eo in loco liquido constat.

Primo quia dicitur, Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam: quod dñs post vocationem eius cœnisse omnes sciant.

Secundo, quia post à ad Davidis exemplum accedit quem omnes nuntiunt fuisse hominem Sanctum & Spiritu Dei renatum, ac à Deo vocatum. Fascamur ergo necesse est iustificationis nomen varie sumi (de quo in propria loci tractatione infra) nisi affirmare velimus Jacobum à Paulo dissentire & pugnantia enunciare. Apud Jacobum igitur iustificari idem valit, quod iustum declarari ac demonstrari. Apud Paulum verò iustificari idem est, quod à peccatis omnibus absoluiri, iustumq; apud Deum reputari. Hinc.

Lib. 2. de doctr. pie Augustinus inquit: Spiritus Sanctus ita Sacras Scripturas modificalis magnifice & salubriter, ut locis aperitoribus fami occurreret: obscurioribus autem f. fidia deterget: siquidem vobis de illis obscuritatibus fere errant, quod non planissime dictum reperiatur. Ex hac Veritatis regula, & illud immotum: Axioma extrinsecus: quod nullum sit Christiana religionis caput, quod non alicubi in Sacra Scriptura perspicua oratione proponatur. Resellum huc 2. Axiomata Pontificiorum dogma, de obscuritate uniuersae Scripturæ, quam ita intradendis Fidei articulis obscuram esse magno boatu clamitant, ut nullam certam sententiam inde extruerē liceat, cum omnia copia, qua ad summam Christianæ fidei spectent, & ad salutem sint necessaria adeo perspicue in Scriptura tradantur ac si Solis radiis perscripta essent. Ideo enim Lex Dei dicitur perfecta, illuminans oculos. Psal. 19. v. 9. Lucerna pedum, & lumen via: Psal. 109. v. 105. Sermo Propheeticus est Lucerna lucens in loco caliginoso. 2. Petr. 1. v. 19. Nigis erga papalibus opponimus illud Pauli, 2. Corinth. 4. vers. 3. qui Euangeliū suum rectum esse testatur, in his tantum, qui pereunt, in quibus Deus huius seculi excœcauit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen Euangeliū gloria Christi. Et sane huiusmodi hominibus Scriptura necessaria est obscura, quicūm aquædēs sint & àsne m̄to. Scripturam insuam ipsorum perniciem detorquent. 2. Petr. 3. v. 16. Porro obscura est Scriptura, sed Non temper: nam etiam electis aliquando obscura est, non semper tamen obscuramanet, ut Apostolis obscura fuit ad tempus, donec clarius edocerentur à Christo post resurrectionem & a Spiritu Sancto post ascensionem Christi ad cœlos. Lue. 9. v. 45. & 18. v. 34. & 24. vers. 45. Joan. 16.

Ioan. 18. v. 13. Tandem. Non omnis Scriptura est obscura: nam nonnulla Deus obscuriora & difficiliora in ea esse voluit, ut assiduis precibus eius intelligentiam (que Dei donum est) peteremus: nostramq; in legendis, meditandis, perscrutandis & conferendis Scripturis diligentiam excitaret, si enim omnia fuissent facilia, planè socordes fuissent, & voluit Deus in Ecclesia sua alios esse Doctores, alios Discipulos, alios peritiores, qui docerent, alios qui discerent, ut sacris Literis & Ministerio diuinitatis instituto suis honos conseruaretur.

Allegorica Theologia non est argumentativa.

Argumenta apodictica & efficacia de sumi ac peti debent ex solo, proprio & literali sensu, qui vel immediate ex ipsis textus visceribus in natura significatione promanat: nec ex allegoriis, que firmas ac solidas probationes non parunt, sed tantum velut pictura reddunt illustris id, quod ex alijs Scriptura locis certis & perspicuis probatur. Sic Apostolus ad Galat. 4 vers. 24. historiam illam de duobus Vxoribus Abrahami, Saræ ut Hagare allegoricè de duobus Testamentis, Veteri & Nono interpretatur: ait enim disertis verbis, à tunc ēsū dīlānyogulpa, &c. Verum ibi ex hac allegorica tractatione hoc suum de duobus Testamentis propositum non probat, sed illam historiam accommodat ad suum institutum illustrandum, quod in manibus habebat. Praterea sepè sit, quod expositiones allegoricae non sint cenninæ & propriae, cum eius rei firma & solidate testimonia in Sacra Scriptura non reperiantur. Quod si vero fiat, ut in Scripturis allegoriae occurrant, non tamen latini sunt extendenda, quam pro materia subiecta, ubi Scopus Scriptoris, qui ex antecedentibus & consequentibus colligitur, est obseruandus, ad quam omnes huiusmodi figura sunt accommodanda. Exempli gratia: Allegoria de Iacob & Esano, qua vtitur Paulus Roman. 9 vers. 11. dicens, Cum nondum nati essent, aut aliquid boni egissent, aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneant, &c. Qui hic non obseruat scopum, ille more Calvinistarum ita colligit: sicut Jacob ex beneplacito voluntatis absq; operibus suis est electus: ita Esanus absolute absque consideratione iniquitatis sua est reprobatus, cui tamen contradicit tota Sacra Scriptura. Vult autem Paulus demonstrare, nostram vocationem, electionem et iustificationem esse merè gratuitam, & fieri absq; omni intuitu nostrorum operum, ne quis glorietur. Non ergo audiri, multò minus tolerari debent in Ecclesia, qui omnia in sacris Literis, in allegorias transformant,

Articulus primus

42

ut Seraphici quidam Theologi faciunt, malitiosè Sacrae Scripturae vim inferentes.

Quicquid in Sacra Scriptura non reperitur, pro Fidei Articulis non est recipiendum.

In Sacra Scriptura Eſe & Haberi bifariam accipitur: primo explicite, quoad literam & syllabas, & sic multa in ea reperiuntur: ut baptizandos infantes, Adultos: Cenam Domini mulieribus administrandam: que bis literarum apicibus descripta non leguntur. Deinde in Scriptura eſe & haberi aliquid dicitur implicitè, ubi res & sententia, bona & immota consequentia ex Sacra Scriptura testimonis possunt colligi, & inde sequuntur: quaratione plurium dogmatum Sacrorum & doctriña Scripturis continetur. Nam, ut Nazianzenus inquit: quedam etiam si scripta non sint, tamen è Scriptis, quibus conséctanea sunt, colliguntur. & post pauca: si quid aliud, quod quamvis in Scriptura manifestè expressum non sit, tamen inde re intelligatur, inuenirem, utiq; illud nomine donatum enunciarem, nihil etiam te verborum Sycophantam veritus. Sic Ecclesia multis vocabulis utitur, que suis liberis propriis non ita scripta reperiuntur, sed res ipsa his literarum notis significata ibidem continetur. Concessa namq; est nobis ealibertas, à Deo Creatore, in prima creatione, qua hominem ut rerum omnium, que sunt in hoc mundo: ita etiam vocibuslorum Dominum constituit. Porro docet Paulus, interpretationis donum fidei debere esse analogum, Roman. 12. v. 6. hac vero interpretatio in aliorum etiam vocabulorum usu consistit, quamque in Sacra Scriptura habentur, ideo tyrannis ista in Ecclesia libera ferenda non est, qua uti prohibemur ius vocabulū & propositionib; quibus rerum natura, que in Scriptura continentur, exprimitur. Quod Christum ipsum fecisse legitimus, Matth. 4. v. 10. quando conarum Satanare undens ex Deut. 6. v. 13. sicut aut: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. ubi pro vocabulo Timebis, quod in Deuteronomio legitur, substituit Christus vocabulum Adorabis. Improbè ergo faciunt fanatici, qui propter vocabula & regulas quasdam, nouatæ religionis nos accusant, cum ea ex Sacris fundamentaliter profeta sint: & quia vocabula valent usu, sicut nummi, nos autem iis ad imitationem pia Antiquitatis ut amur in Islam reprehensionem merito effuge, debebamus, si cum sinceris res nobis esset.

Non

Lib. 5. de Theo-
logia fol. 176. ex-
dit Basil. anno
1550.

Non exemplis, sed legibus est judicandum.

Hoc est in religionis negotio expressis Scripturis, vel in litera, vel in bonis consequentiis, agendum, standum & judicandum est, etiam si nullum exemplum res probande uspiam exeat. Homines enim errare & fallere possunt, Verbum autem Dei neminem seducere potest: unde non Patres, non exemplum Ecclesiae simpliciter sequendum, nisi quatenus ipsis Verbum Dei sequuntur.

Fundamentum huius Axiomatis legitur Esa. 8. v. 20. ubi Prophetus populum Iudaicum remittit ad legem & testimonium, ut in cœu normam certissimam fidet simul ac vite addens hanc cōminationem si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutinal lux. *Vbi particula (iuxta vel secundum) cœu dignam intendit, ad ipsam sacram Scripturam, secundum quam omnes rationes, cultus dogmatum & altarum actionum Iudaici populi debeant esse conformata. Facit hoc in primis contra Anabaptistas, qui infantibus Baptismum denegant, eo quod Apostoli infantes baptizasse nonlegantur. Si enim ex non scriptis exemplis Apostolorum argumentari licet, ad evertendum paedobaptismum: cur non eadem ratione argumentari licet ex non scripto exemplo Christi ad evertendum Baptismum adulorum? Non igitur exemplis: sed legibus, certis Scripturæ pronunciatis, ac testimoniosis, quæ sunt de cœpipla dōcē, judicandum est.*

Fides est una copulativa.

Effatum hoc Theologicum tritum est: ubi vocabulo Fidei, articuli eius intelliguntur, qui indistractâ catenâ inter se connexi sunt. Vt enim nota Veritas, quod undiquaque fidei est consonum: ita de articulis Fidei recte in dem potest affirmari.

Solus quippe unus articulus fundamentalis negatio vel depravatio, vel etiam pertinax defensio, reliquorum etiam certissimam corruptelam & abnegationem secum trahere, vel ἀρπάγειν vel ἐπομένως, animamque hominis in aeternæ salutis discrimen conjicere.

Cum primis autem articulus iustificationis ita comparatus est, ut faciliter per alios corruptos adulteretur. Etenim si non recte sentias de Deo, essentia & voluntate eius: de Christi persona & officio: de electione salvatorum: de peccato originis: de libero arbitrio: de lege vel fides doctrina, &c. facile momento error, qui unum aliquem horum articulorum invadit, instar fermenti, Gal 5. penetrat quoque in hanc ipsam arcem nostræ salutis, hoc est, articulo nostre recoram Deo iustificationis. Hoc autem corruptio, quid aliud,

quam perpetua salutis naufragium expectari potest. Sic depravato articulo resurrectionis mortuorum, lata via sternitur ad abnegandam Christi quoque resurrectionem, totiusque fidei Christianae fundamentum labefactandum, ut Paulus testatur. 1 Cor. 15 v. 17. 18. qui multas absurditates ex una falsa hypothesi de non resuscitato Christo concludit. Idem & Pontificius, tum in aliis religionis capitibus, tum in Eucharistia articulo evenit: ubi ab uno in alium devoluti errorem, in profundum tandem Pelagus demersi sunt, quod hodierna uice magno cum Ecclesie detimento pro dolor experimur. Ita Calviniani, dum veram & salutarem doctrinam de persona Salvatoris depravant: omne fundamentum eternae salutis evertunt.

Sacra Scriptura est communis medica animarum officina.

Plusquam aureum est D. Apostoli dictum, 2 Timoth. 3. v. 16. quod omnibus divina sapientia & Candidatis debet esse commendatissimum: Omnis enim, inquit D. Paulus ad Timotheum, Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Quo insigni encorio sacram Scripturam a quadriplici utilitate commendat: nam per διδασκαλιαν, Apostolus intelligere voluit eam, que ad confirmationem dogmatum, & articulorum fidei veritatem pertinent. Secundo, per ἐλεγχον notat disputationem & refutationem falsorum dogmatum, accorruptelarum: qui duo fines vocantur Theoretici. Tertio, per ταδειαν διαιρεσιν, continet institutionem, regulam & normam pie vita & conformatiōnē morum, secundū voluntatem Dei. Quarto, per ἐπανόρθωσιν seu refectionem designat emendationem vite & morum: qui duo posteriores fines dicuntur practici, quibus accedit ὁ διδακτος afflitorum & tentatorum, quo per consolationem Scripturarum spem in rebus adversis habent. Roman. 15. vers. 4. Quibus fundamentis regula haec, que est D. Basilius innitit, qua divina virtus, efficacia, utilitas, & operatio sacrae Scripturae solidissime demonstratur. Est enim sacra Scriptura instructissimum pharmacopolium, ex quo contrā omnes morbos & aggrindines animalium presentissimum habere licet remedium, cūm contrā ex cunctis gentilis eloquentia sapientiaque monumentis in unum collectis nec mica solide consolationis deponi possit, maximè quando sensus ire Dei indicis clarioribus se ostendit. Etenim homines spiritualiter mortuos & vitia carentes, qua Deo justitia & sanctitati vivunt, divinā suā operatione viviscant.

In prefat. Psal. t.
statim in prin-
cipio.

vivificat, consolationem vivam & efficacem in iis, praesertim in conscientia & terroribus suppeditat, qui praesidio eius muniti in mediis afflictionibus sub specie gloriae Dei gloriantur, ut David Rex, in Psalmo 119. v. 92. (quem de hoc argumento generi scriptis) facetur, se in angustiis suis penitus simili fuisse interitum, nisi virtute verbi fese contra eorum imperium sustentasse: adeo ut nulla crux, nulla calamitas, nulla sollicitudo, nullum malum tam immedicable, nulle denique gravissime tentationes, quibus homines tota passim orbe multis modis feruntur, unquam extiterit, aut extare possit unquam: quibus non paratissima in sacris Scripturis preparata sit medicina, id quod infinitis exemplis invictè demonstrari potest. Quae efficacia Scripturae, utriusque eius parti adscribenda est, Legi & Evangelio: Viraq[ue] enim est medicina animarum, cuius etiam utriusque opera ad salutem hominis persicendam requiruntur, prius namque hominem per legem quasi repurgari necesse est, qui imperio Evangelii sanetur, resificatur, sublevetur, vivificetur.

Quemadmodum vero lux Solis orbem illuminans excusat nocturnum oculos: sic Evangelium lux credentes illuminat, Ioan. 3. v. 9. incredulos vero excusat. Et sicut oleum amaracinum odoris sui vi confortat hominem, & sues veneni instar enecat: sic Verbum Dei pias animas, voce legis & terroribus mortis consternatas, divinâ ac cerâ consolatione recreat & vivificat: incredulos vero damnat & occidit, & est ipsis odor ad mortem. 2. Corinth 2. vers. 16. quorum conscientiae sacrae Scripture energia percelluntur, ut magno imperio precipites in exitium ruant. Quodtamen per accidens sit, causa scilicet hominum, quos propter incredulitatem & inobedientiam sacra Scriptura seu Verbum Dei condemnat & occidit. Per se autem est Verbum salutis & vnde Deus omnes homines per Verbum suum sanare & tanquam nobilissimo balsamo recreare, hoc est, operari in illis fidem. & per fidem vitam & salutem. Homo namque sua fide vivit coram Deo. Quod vero non omnes fidem ex auditu verbi Dei concipiunt, & sic non omnibus est medicina salutaris, ut vivifcentur, sed in morte spirituali & damnatione maneant, causa & culpa in hominibus est, quimodo, quo fides, salus & vita conferuntur, modo debito non uiuntur, sed operationem & effectum illius impedianter variis modis, qui in sacra Scriptura passim exprimitur: quod videlicet quidam Verbum Dei audire omnino negligunt, alij oscitantur nullâ attentione illud audiunt, in alijs semper Verbi Dei suffocatur per voluptates carnales & curam rerum mundanarum, tanquam per sentes & spinas, Lu. 8. v. 14. alii resistunt Spiritui & per Verbum loquentem, idque blasphemant & perseguuntur, tanquam stultum, 1. Cor. 1. 18. Hos omnes & similes occidit & damnat Verbum Dei pro-

Dei propter ipsorum inobedientiam & ingratitudinem, nam Deus vult omnes suo verbo obediire, nec quemquam vult incredulum vel inobedientem esse. alias peccata veller, quod est impossibile. Cum ergo tanta sit Scriptura utilitas, manifestum est, ea dozmata, quae consolationem piorum evertunt, non esse medicinam salutarem, sed presentissimum venenum, quo multi homines miserabiliter extinguntur. Tale est apud Pontificios dogma, de perpetuacredentium dubitatione, de gratia Dei: ubi enim animus dubitat, nulla suavi consolatione ex Scriptura sacra secessere potest. Cuius generis est etiam Calvinianorum dogma de absoluta quorundam paucorum electione ad salutem, eaq[ue] tali, quae ex sensu internorum motuum sit judicanda: ubi consternati & tentati, qui, dum nullos motus Spiritus sancti sentiunt, sed ex verbo & Sacramentis nihil de aeterna salute certi statuere posse intelligunt, omni consolatione & spe penitus exsuntur. Contra profani & securi, cum audint, certas esse absolute Dei decreto electos, ita rationes secum deputant, ut omne pietatis & virtutis studium prorsus abjiciant. Sic enim sentiunt tales homines: Si predestinati sim ad aeternam salutem, nihil obesse sibi flagitosam vitam, aliquando vera fide cœlitus donatos in vitam aeternam perveniuros: si non veronon sint predestinati, se suo studio & cursu frustra laborare, nihilq[ue] ex Dei immutabili & aeterno decreto proficer & consequi.

Potest aliquid verum esse in Philosophicis principiis:
quod falsum fit in Theologicis.

Axioma hoc commonefacit nos de Philosophia, adeoq[ue], universa sapientia humana differentia, usu & abusu in studio Theologico. Philosophia namq[ue] est earum rerum, querationi humanae sunt subiecta, eiusq[ue] vis percipi & intelligi possunt: Theologia vero est de rebus spiritualibus & non apparentibus, querationis nostræ viribus non sunt subiecta, sed simplici fide apprehenduntur.

Secundo, philosophica intelligentia seu rationis, provenit ex causis naturalibus: at intelligentia Theologica, (qua alias fidei dicitur) solum verbum Dei causam habet.

Tertio, in Philosophia fides & assensus sequitur intelligentiam, cum videlicet rem ex causa cognoscimus, in Theologia vero seu religione Christiana fides precedit & parit intelligentiam, quia enim res spirituales superant intellectum nostrum, prius eas in verbo revelatas credere oportet, quam intelligamus. Nam sine verbo & fide nulla omnino intelligentia aut scientia

Scientia esse potest, in rebus spiritualibus & salutem nostram concernentibus. Hinc Nicodemus Ioan. 3. 9. quia renascentiam intelligere non potuit, absurdum ipsi visa est. Eandem ob causam Iudeis absurdum fuerunt verba Christi, qua est locutus de mandatione carnis, & bibitione sanguinis sui, Ioan. 6. quibus Christus responderet v. 63. verba, que ego locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt. Firma ergo Axiomatis hujus stat sententia: multa esse vera in Philosophicis, quae falsa sint in Theologicie, & contraria.

Interim tamen Philosophie suum deferentes honorem, illustre eam donum Dei esse, testimonii atque oraculis divinis Rom. 1. vers. 19. & 2. 14. edociti non inficiamus, ita ut Paulus Philosophiam, quae in cognitione rerum naturalium versatur, etiam in gentibus approbet, eiusque beneficio illam eternam Dei potentiam & divinitatem ex visibilibus mundi cognitionibus testeatur.

Multa quoque semina Sapientiae divine in Philosophicis disciplinis restare, & ut Plato dixit, gratam de Deo famam in artibus parsam esse libenter concedimus. Magnum præterea artium dicendi usum in vero textus sacri sensu indagando esse, & Physices, Ethices, Mathematicum, studia ad meliorem literalis cognitionis intelligentiam aliquid conferre, non diffitemur: quemadmodum Adamus Philosophia naturalis in statu innocentia fuit longe scientissimus, ita ut singulis animantibus posuerit nomina imponere juxta naturarum proprietatumque differentias. Gen. 2. v. 20. Et Solomonis Sapientia pars quedam fuit in cognitione Philosophia posita, ut disputare nosset de arboribus à Cedro Libani usque ad Myrsopum egredientem de pariete: tum de jumentis & volucribus & reptilibus & piscibus. 1. Reg. 4. v. 33.

Verum ut intra iustos professionis terminos se contineat, nec se magistrum, aut dominam insolenti fastu gerat, sed ministrum aut pedissequam prebeat, Theologie in textus explicatione literalis serviat, ordinem & modum in docendo monstraret, ac collatione sententiarum profanarum cum sacris suam imperfectionem & divinarum summam perfectionem illustraret. Hec omnia diligenter notanda sunt primo, contra eos, qui ita disputant, cum verum tantummodo unum sit, quicquid ergo in Philosophia verum, idem in Theologia falsum minimè esse posse. Vbi sic distinguendum: id est verum unum tantum esse, sed propter diversitatem disciplinarum, ex disparatis principiis dependentem accidit, ut quod in una ex propriis suis axiomatis videtur verè & rectè conclusum, id in alia deprehendatur falsum. Quod hoc exemplo illustratur. In questione de origine mundi, Philosophus ratiocinando cō assurgit, ut concludat mun-

dum hunc vel ipsum esse Deum, vel ab eterno ab aliquo Ente intelligentie esse conditum: cum impossibile sum rem tanto ordine, tantâ varietate & tam certis legibus motuum comprehensam, casu extitisse. Hic si Theologus dicat, Mundum ante annos 5569. conditum esse a Deo ex nihil: Negabit Philosophus, naturalem fuisse generationem, cum ab æternis non Ente, ad Ens nullus in Philosophia detur transitus. De hyperphysica Dei operatione, deq[ue] temporis articulo ex sua disciplina nihil se affirmare posse faceretur, si velit recte agere. Si vero præfacte suas velut tueri hypotheses, tanquam absolute veras, tamen demum dicendum illerit, videris id quidem ipsi Verum, secundum fuisse discipline principia, at non esse, id quod accidit ex principiorum disparitate.

Secundo notanda sunt hac contrâ Calvinianos, qui multa non credunt, quia ratione sua, illa comprehendere nequeunt. Verbi gratia: Scriptura tribuit humanae naturæ propria Deitatis & maiestatem divinam. Hec Calvinians contrâ expressam Scripturam Christo, ut Homini derogant, quia hanc communicationem intelligere non possunt, at nos firmius credimus, omniscientiam, omnipresentiam, omnipotentiam, omninem potestatem, Universale dominum, in omnes creaturas maiestatem & honorem Dei proprium, Christo ut Homini communicata esse, quia in communionem personalem Filii Dei assumptus & ad dextram virtutis & maiestatis divine collocatus est, et si ratione comprehendere & intellectu percipere nequeamus, quomodo creatura sit maiestatis infinita, & priorum Dei infinitorum capax, hic vonua nostrum in obsequium Verbi Dei captivandum, & cogitandum, quod Apostolus 1. Cor. 2. v. 14. scribit: Animalis homo non percipit ea, quae sunt Spiritus, sed pro stultitia illa habet, nec potest intelligere spiritualia & celestia, quia aciem mentis nostræ longè superant: sed homo spiritualis & fide prædius illa percipit fide, quia mente non intelligit, nec intelligere potest, dat autem gloriam Deo, quod quæ in suo Verbo dicit, sint verissima. Quocircù non statim tanquam falsa & absurdâ sunt repudianda quæ nostræ rationi non convenient, sed si Verbo Dei perspicuo niantur, firmatae retinenda & contrâ adversarios tuenda sunt, quicquid eiunratio organiat. Quod faciendum est contrâ Calvinianos, in articulis de Communicatione mutua, reali & naturarum & proprietatum in persona Christi: de regeneratione Infantum in Baptismo: de substantiali presentia distributione corporis & sanguinis Christi in sacra cena, & aliis similibus, qui non intellectus nostri acmine, sed sola fide in Verbum Dei percipiuntur, sine quo Verbo etiam in rebus, de quibus ex natura &

ra & Philosophia aliquid dici potest, earum verò translationem absolutam Theologia sibi vendicat, nulla stabilis, certa & firma cognitio esse potest, sed tantum sunt opiniones fluctuantes, que in temptationibus evanescent, ut est doctrina Philosophica de benigna voluntate Dei erga homines, de immortalitate anime, de resurrectione mortuorum, de alia post hanc, viam beatam, de quibus etiam Philosophi saniores aliquid cognoverunt, & differuerunt, naturalibus rationibus nisi, sed hæc cognitio admodum infirmata fuit. Proinde pro intelligentia fidei ex Verbo Dei comparanda & confirmanda laboremus, cum ea ad salutem eternam acquirendam necessaria sit.

Catechismus parva Biblia.

Breve quidem, at verissimum dictum: quo Authoritas Catechismi commendatur, eiusq; utilitas amplificatur. Quæ namq; universa Scripturæ beatissimæ utilitas est: ea & Catechismi: tunc, quæ in aliis sparsim & particulariter, ea huc complexè occurruunt, quæ ad veram & eternam salutem nobis cognitio necessaria sunt. Decalogus enim, et si decem tantum preceptis constat (unde & Decalogi nomen habet) ea tamen præcepta sunt fontes & capita omnium legum, mandatorum & præceptorum Dei, quæ in omnibus scriptis Propheticis & Apostolicis continentur, atq; adeo superat Decalogus & authoritatis pondere & utilitatis ubertate bibliothecas omnium Philosophorum & Iurisconsultorum. Symbolum Apostolicum constat quidem duodecim tantum articulis, sed his summatim comprehenditur, quicquid universa sacra Scripturæ nobis de vero Domino Deo nostro credendum & sentiendum tradit. In precatione verò Dominica continetur, quicquid in totis Biblii precationum & Psalmorum extat. Quibus partibus cum accesserit institutio Sacramentorum & Clavium regni cœlorum, pia doctrina hoc Catechismo ita absolvitur, ut eum rectè & propriè parva Biblia vocare liceat.

Quod tamen non è detorquendum est, quasi unicis Catechismi principiis inherendum sit, ac subsistendum: requirit enim Deus serio ab omnibus, ut in doctrina celesti & scientia salutis, (cuius elementa Catechismus suppeditat) subinde proficiant & crescant, non maneant infantes in cognitione Verbi Dei, qui semper lacte cibandi sunt, nec ut ignavi Scholastici in primis elementis consistant, sed ad majora & sublimiora progrediantur, de quo Paulus 1. Cor. 14. v. 20. & Ephes. 4. v. 14 scribit. Imo Deus requirit ab omnibus Christianis, ut ad perfectionem contendant, habitum in-

elligentiae ac cognitionis acquirant, per quem in quavis oblata materia, bonum à malo, verum à falso discernere, verum amplecti, ac alios etiam convertere possint & docere. Sic enim Paulus Ephes. 4. vers. 11. scribit: Deum dedisse Pastores & Doctores ad preparationem sanctorum in opus Ministerii, in edificationem corporis Christi, donec perveniamus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Qua ratione, si videlicet ad perfectiōnē laboremus, fit, ut non solum ipsi in errores non inducamur, & decriptiones falsorum Doctorum cavere possimus: sed etiam alios deceptos inde liberemus & à periculis abstrahamus.

Omne dogma imposturis & technis propa-
gatum, suspectum hoc nomine
esse debet.

Testatur D. Apostolus Paulus, ubi fidelitatem suam in Evangelio negotio contra Pseudoapostolorum criminaciones commendat 2. Cor. 4. v. 2. se sociosq; suos abhorre a nævigejæ seu nequitia, quamvis aristibus homines decipiuntur, sana doctrina Evangelii extenuatur, & defor- matur, falsa vero sophisticè obtinenditur: verum in hoc unicò elaborasse, ut in manifestatione veritatis Verbum Dei manifestarent, & prædicarent, cuius rei gratia ad suorum auditorum conscientias, maximè verò ad Dei testimonium provocare Paulus non dubitat. Cum enim omnem Ecclesiæ ministerum candor & simplicitas deceat, utiq; vel maximè necessarium est, ut omnem malitiam, sophisticam, & technas in tota vita præser- vim in Ministerio fugiat, omniaq; aperte tanquam in luce agat, ne audi- tores, qui dum sincerum habere pastorem existimant, paulatim salubri pabulo Verbi divini defraudentur & paulatim ad imbibendum virus doctrinae corruptæ parentur.

Hinc regula hec ex sincera Apostolica praxi desumpta est, que & falsorum Doctorum dogmatibus sedulo nos præmonet, qui astu, dolis ac imposturis uti solent in sua doctrina propaganda: dum animi sensa diu abdant, & ambiguis locutionibus ac equivocationibus incutum circumve- nient: interdum etiam cum orthodoxis loquuntur, quasi per omnia con- sentiant, presertim cum sibi suisq; dogmatibus resisti animadvertiscant, à sinceris Doctoribus vel in se a Magistratu inquirent, donec tandem überior- rem naucti auram, suum dogma palam proferunt, quod occultum corde fovebant. Hoc artificium falsis Doctoribus olim usitatum fuisse tempore Apo-

Apostolorum testatur Paul. 2. Cor. 4. v. 1. 2. Idem ostendunt historię primitive Ecclesie.

Origenes enim, ut Zonaras annotat, prima fundamenta Arianis mi posuit, ac deliramenta contradiuinitatēt ab aliis ex imprebocordis suis thesauro eructavit: sed metuens contradictiones Ecclesiarum, opiniones in solis chartis jactas & silentio rectas neendum vulgatas reliquit, quas Arius postmodum in conspectum protulit, & in tectis predicavit, multis ad impietatem pertractis & Ecclesias tumultu ac dissensionibus impletis. Sic superioribus annis, Bucerus, Petrum Martyrem, quem coluit & admiratus est, sep̄ illum hortatus est, ut in causa Cœna Domini obscuris quibusdam & ambiguis discendis formulis uteretur: cui tandem paruit, & eisdem cum eo loquendi formis usus est. Perversum sanc& dignum Sacramentario Spiritu consilium.

Hodiernis Calvinianis hec & q̄d s̄ valde est familiaris. Dum enim Augustane Confessione se addictos plenis fauibus crepitant, acean- dem se etiamnū defendere ac propagare mentiuntur, interim omnia variis technis & machinationibus, practicis astutis agunt, simulant, dissimulant & venenum conceptum diu occultum in omnes regiones diffundunt, quo multorum animi misere ita insciuntur & illintuntur, ut ad eternam eterne salutis cognitionem extollere se nullo modo valeant. Hinc nimis sunt fideles animarum pastores, quos Evangelii de Christo puden- det, quod In splendore in loco caliginoso confert Christus Matth. 5 14. Dūm namq; suam doctrinam liberè profiteri non audent, quid scilicet in singulis doctrinæ partibus sentiant, nulla trahant uti possint in docendo, ideo perpetuus conscientia stimuli exagitantur, cūm sciant se aliud loqui quam peccatore conclusum gerant. Requirit enim Apostolus in Doctore Ecclesie, bone & conscientie testimonium 2. Cor. 1. v. 12. Cūm igitur homines sint profani, & salutis hominum Adversarii, merito iis fugiendi, atq; dogmata ipsorum ad sacram Scripturam, tanquam ad Lydium lapidem exigenda sunt, qua ratione, non à Spiritu veritatis, sed ab ipissimo Diabolo, cui viriliter inserviunt in perdenda hominum salute, profecta esse deprehendemus. Quæ omnia in Iesuitas quoq; quadrare Sole clarius est meridianō, qui lucet haud raro, totis quod dicitur castris, dissentientia a Calvinianis, tamen contra Christum & Evangelium eius facilime in unum coēunt, & conspirant, ut virulentissimum suum dogma de Christi Salvatoris nostri Persona & Officio in Ecclesiam spargant, homineq; misere animâ & corpore occidant, vi, artibus, ac consulis dolis sanam doctrinam pervertant, ac extirpent, suamq; vanissimam, ac Scripture

Ioan. Zonaras.
Tom. 3. annuali-
um de imperio
Constantini Ma-
gni, sub finem.

Iosias Simlerus
Tigurinus, in o-
ratione de vita
& obitu Petri
Martyris. Tom.
3. operum Mat-
tyris.

Sacrae è diametro contrariem obtrudant. Atq; hæ sunt ille Simsonis vulpecule caput quidem alio atq; aliost extantes, caudis vero suis pulchre colligatae ad submainstrandas facies exurendo agro Domini. Dominus interim novit cogitationes hominum, quia vanæ sunt & dissipat confederatio-nes illorum & infamia corum consilia. Esa. 8 v 10.

Christus solus est Magister Fidei.

Hoc est: Authoritas docendi & statuendi in fidei & religionis negotio, non residet penè eos Magistros, qui pro suo labitu decernunt in rebus fidei, & cerebris sui commenta pro decretis Spiritus sancti venditant & aliis obtrudunt, ac dominari & prescribere aliorum conscientiis conantur: quemadmodum Papavult haberi Magister fidei, qui teneat formam explicandi Scripturas, cùm neq; quid dicat, neq; de quibus aseveret, sciat quicquam, ac verè in divinis rebus sit Aminus ad Lyram. Verum hoc magisterium resideret penè solus Christum, de quo vox coelestis sonat, Hunc au-
date, ac, qui Evangelium ex eterni Patris sinu protulit & nobis enarravit. Ioa. 1.18. Ideo Christus interdict discipulis, nesciis Rabbi vocari sinant, quem tuulum Scribe & Pharisai sibi arroganter affectarant. Hinc omnes homines, qui Christum, eiusq; doctrinam sequuntur, denominationem sortiuntur, quod dicuntur Christiani. Quando vero hodierno die, quædam Ecclesie à suis Reformatoriis vel Propugnatoribus nomen accipiunt, ut videlicet appellenur Ecclesia Protestantum, vel Ecclesia Augustana Confessionis vel Ecclesia Lutherana: sciendum est, id non ob hanc causam fieri, quasi nostra Ecclesia, alium fidei, quam Christum, Magistrum agnoscat: sed haec appellations, differentie causâ surpanuntur, ut Ecclesia, que Augustanam Confessionem & predicationem Evangelit, Doctoris Lutheri Ministeriorum patræ factam amplectuntur, ab aliis diversæ religionis hominibus Papistis Anabaptistis, Calvinianis, Stenocfeldianis & similibus (qui omnem titulo Christianorum gaudere volunt) discernantur, & ut auctoritate eis opponantur. Sic Ecclesia tota ab Apostolis suam denominationem sortita est, ut dicitur Apostolica: Et credentes dicuntur Israëlitæ secundum Spiritum Rom. 9.8 factâ denominatione ab Israele, cuius fidem & operam imitantur.

Inepti ergo sunt Calvinistæ, qui litem nobis movent, quia non licet aliquos appellare Lutheranos, non nullos Calvinianos, aut Schwenckfel-
dianos: moui potissimum verbis Pauli. 1 Cor. 1.v.12. quibus voce Corinthiorum reprobatur; Ego quidem sum Pauli: Ego autem Apollino: Ego vero Cepha:

Cepha: Ego autem Christi: *Vbi tamen utrobiq; ingens est diversitas.*
 Nam Paulus, Cepha & Apollo eandem doctrinam: Lutherus
 autem, Calvinus, Schwenckfeldus & alij longè diversissimam. Proinde,
 qui dogmata sectantur à Christi Verbo aliena, h̄i jam à suis, quos sequuntur
Magistris dilucidius discernendi causā recte ac merito dericiantur;
īq; Scripture auctoritate, qua profanicusdam Nicolai discipulos, Ni-
colaitas appellat. Apecal. 2. v 6. Cū ergo Calviniani, aliam doctrinam,
suis Auditoribus proponant doctrinæ Christi contrariam, recte ab Autho-
re & Magistro Calvino, discipuli Calviniani cognominantur.

Abusus non tollit Rei usum.

Regula hæc confirmatur inductione. Exempli gratiâ: Satanus. Scri-
 ptura Sacra testimoniis, ceu instrumento quodam nequiter abusus est ad
 execrabilis errores & heres stabilendas: quemadmodum & doctrinā Lo-
 gis per sue vanitatis organa trahit horribilis abusus, ad confirmandam in ho-
 minum animis opinionem de propriâ iustitiâ operum. Non tamen conclu-
 dere fas est, quod propter horribile abusum istum planè cœcienda sint Bi-
 blia sacra. Sic Euangelij doctrinâ abutuntur homines ad carnale securita-
 tem, peccandiq; licentiam: sacratissimis verbis cœna (Hoc est Corpus
 meum) Sacrificuli abutuntur directe & ex professo ad Missæ Idolatriam
 celebrandam: adorabili illo nomine eterno Mæstatis Dei. Iehonah, abu-
 suntur Iudei ad Idolatriam plusquam Ethnicam in suo Schenksampho-
 ras: omnibus beneficiis Redemptoris nostri Christi, ad execrationes plus-
 quam Turcas abutuntur sceleratè blasphemî, nomine Sacrosancta Tri-
 nitatis ad Magiam, ad superstitiones impias & incantationes diabolicas.
 Nec tamen sequitur, quod nec Euangelium, nec verba institutionis, nec
 nomen Iehouæ nec Trinitatis nomen amplius à nobis possa aut debeat usur-
 pari: quandoquidem per detestabilem abusum, hæc omnia contra suam
 naturam inservire coguntur memoratis Satane operibus.

Deo soli laus & gloria Amen.

Errata.

Fol. 5. Lin. 11. lege Spiritu. Fol. 8. Lin. 5. pro 16. lege 10..

F I N I S.

